
Doppler



POLITIÆ ECclesiasticæ, *siue* STATVS RELIGIONIS CHRISTIANÆ

Per EVROPAM, ASIAM, AFRICAM, & ORBEM NOVVM,

LIBRI IV.

AVBERTO MIRÆO Bruxellensi, Auctore.

Omnibus cùm sacri, tum politici ordinis hominibus vtiles.








LVGDVNI,
Apud ANT. PILLEHOTTE.
cIↃ. IↃc. XX.
Superiorum permissu.

Psal. 81. v. 5.

IN OMNEM TERRAM EXIVIT SONVS EORVM, ET IN FINES ORBIS TERRÆ VERBA EORVM.



REVMO PRÆSVLI,

D. ANTONIO TRIESTIO,

BRVGENSIVM EPIscopo, Flandriæque Cancellario perpetuo & hæreditario.

EVANGELICÆ tubæ ſonum in omnem terram, & fines omnis terræ exiturum, ſacræ litteræ prędicant. Ac noſtrâ quidem auorúmque memoriâ, in regiones longiſſimè diſſi-

tas,& antea incognitas, Hispanorum nauigationibus, Christi doctrina penetrauit. Duæ namque vno propemodum eodémque tempore ex Hispania nauigationes magnis animis susceptæ fuerunt: quę non modò Romanorum, sed ceterarum quoque omnium gentium rebus gestis meritò comparari, vel fortassis anteponi posse videantur: Vnā FERDINANDVS Castellæ Rex Catholicus, Occidentem versùs, ad Orbem nouum & veteribus incognitum; alteram EMANVEL, Lusitaniæ Rex, Orientem versùs in Indiam instituit.

Lusi

Lusitani, vniuersâ Africâ circumnauigatâ, lustratísque regionibus, quæ Æquatori Tropicísque subiacent, primi in Indiam, & ad extrema Sinarum Iaponúmque regna, Christi signa feliciter transuexerunt. Atque in Africam quidem ceteris iter aperuit IOANNES, eo nomine primus, Portugaliæ Rex, qui Septam Mauritaniæ vrbem opulentissimam, in ora Gaditani freti sitam expugnauit.

Huius filius HENRICVS, Ordinis Equitum Christi Magister, primus Lusitanis longinquarum peregrinarúmque nauigatio- *Obiit anno 1460.*

num auctor exſtitit. Eiuſdem itaque auſpiciis circa annum Chriſti 1420. ad montem vſque Leænam peruentum eſt; inſula quoque Madera, & aliæ vaſto in Oceano ſunt detectæ.

Ioanne mortuo, ALFONSVS Quintus, Odoardi Regis, qui Henrici frater fuerat, filius, in regno ſucceſſit: quo regnante Guinea tota eſt luſtrata.

IOANNES II. Alfonſi filius, ſub annum Chriſti 1485. Congi regnum aperuit, & miſſa legatione honorificâ, cum tribus familiæ Dominicanæ ſodalibus, ipſum Regem, eiúſque filium

lium ad Christi sacra traduxit. Eiusdem æuo Astrolabium ad vsum nauticum cœpit accommodari,& promontorium Bonæ Spei exploratum est: quod illi nomen idem Rex indidit,quasi felicis aduentus augurio commotus, fore, vt illo superato, aditus in Indiam mox pateret. Anno itaque 1493. Diazius illud magno ausu primus superauit.

Ioannes moriens,cum regni patrimonio gloriosam nauigationis explorādæ Imperiique propagandi curam EMANVELI velut hereditariam reliquit. Is classem Indicam primus cùm instru-

xisset, eidémque VASCVM GAMAM cum imperio præfecisset, idem Vascus ex Europæis primus per Oceanum in Indiam, vsque Calecutum, anno 1497. penetrauit. Eiusdem Regis auspiciis Goa totius Indiæ metropolis anno 1511. in potestatem est redacta, & Christiana Religio longè latéque per Orientem propagata. Exstant de Emanuelis Regis inuictissimi rebus, annorum sex & viginti spatio, domi forísque gestis Libri XII. Hieronymi Osorij, Siluensis in Algarbiis Episcopi, elegantissimo stilo conscripti: vt de Ioanne Petro

Maffe

Maffeio, aliisque rerum Indicarum scriptoribus nihil dicam.

Transeo in Occidentem versus quem primus vastum Oceanum ingressus fuit CHRISTOPHORVS COLVMBVS, Genuensis, qui oblatâ variis Regibus ac Principibus ad nouas terras quærendas operâ, sed ab omnibus (quòd rem nimis difficilem, nec vllius fructus arbitrarentur) reiectâ, profectus tandem ad FERDINANDVM & ISABELLAM Castellæ Reges, acceptâ ab iisdem paucarum nauium classe, anno 1492. Hispaniolam, Cubam aliasque

Obiit Hispali anno 1506.

Orbis noui insulas detexit.

Ianuâ sic patefactâ, AMERICVS VESPVCIVS, Florentinus, anno 1497. idem iter versùs Orbem nouum suscepit, tanta cum laude, vt terra ab ipso detecta AMERICÆ nomen sit adepta: etsi COLVMBINA potiùs, à primo inuentore Columbo, quarta illa Orbis vniuersi pars dicenda esse videatur.

Hinc cùm inter Lusitanos in Orientem, & Castellanos in Occidentem, pomœria suorum Regum proferre nitentes, orta esset contentio; ne alteri alteris essent impedimento, Orbis

ille

ille nouus, ALEXANDRI VI. Pont. Max. auctoritate, in duas veluti partes est distributus: scriptis legibus ac conditionibus, vt quidquid institutâ, ab Athlantici maris insulis, quæ Hesperides nuncupantur, nauigatione Orientem versùs reperiretur, Lusitanorum esset, quidquid versùs Occidentem, cederet Castellanis.

Subsecutus deinde FERDINANDVS MAGELLANVS, natione Lusitanus, cùm ab Emanuele Rege suo, ob operam, quam illi nauarat, non rectè compensatam, ad Carolum V. defecisset, eiusdem auspiciis an-

no 1520. Fretum Magellanicum, ab ipso primo lustratore sic dictum, traiecit; & vastissimo maris Pacifici tractu superato, in conspectu ferè Moluccarum insularum prælio contra barbaros cæsus, sociis suis præter Asiæ, Africæque littora in Hispaniã reuectis, causam dedit gloriandi (quod à nemine mortalium antea tentatum fuerat) terræ globum ab se circumnauigatum ac circinatum fuisse.

Annis proximè insequentibus duo potentissima Orbis noui Imperia, Mexicanum FERDINANDVS CORTESIVS, & Peruanum

num FRANCISCVS PI-ZARVS, eiusdem Caroli V. Cæsaris auspiciis subegerunt; & Christianam Religionem per vastissimas illas regiones, insulásque adiectas latissimè propagarunt. Adeò quidem vt in sola India Occidentali à Castellanis detecta, sex hodie Archiepiscopatus, MEXICANVS in Hispania Noua, DOMINICOPOLITANVS in Hispaniola insula, LIMENSIS in regno Peruano, PLATENSIS in regione Charcensi, S. FIDEI in nouo regno Granatensi; & MANILIENSIS in Philippinis insulis, Episcopatus autem

tem illis ſuffraganei opiméque dotati circiter quadraginta numerentur.

Taceo quamplurima illo in orbe Canonicorum itémque Patrum Soc. IESV Collegia, Dominicanorum, Franciſcanorum, Auguſtinianorum, aliorúmque religioſorum Ordinum monaſteria penè innumerabilia: ſileo Mexicanam & Limenſem Academias, omnium diſciplinarum cultu celeberrimas; prætereo Gymnaſia per eoſdem Soc. IESV Patres in celebrioribus quibuſque oppidis, Europæorum inſtar, in iuuentutis bonum, atque adeò rei Chri-

ſtianæ

ſtianæ incrementum, feliciter conſtituta.

De ſtatu Indiæ Orientalis, Iaponiæ, Sinarum, aliorúmque regnorum Orientalium, quæ Chriſti doctrinam à Luſitanis hauſerunt, nihil hîc commemoro, ſuis id locis dicturus.

Vnum hoc porrò notandum iudico, ſingulari Dei prouidentiâ ac bonitate factum, vt Catholicam Religionem cùm impij Nouatores Europęi ſuis ſedibus pellere inciperent, Orbis noui incolæ, & alio ſole calentes Antipodes eam benignè exciperent, auidéque amplecterentur. Eidem diuinæ be-

nigni

nignitati debetur Abassinorum, Maronitarum, Assyriorum, Chaldæorum, Babyloniorum, Cophtorum, Rutenorum, aliarúmque nationum Orientalium ad Ecclesiæ communionem eo ferè tempore felix reditus, quo Septētrionalis Europæ tractus (à quo pandetur omne malum) ab eadem turpiter defecit.

Hæc & alia consideranti mihi, libellos hósce quatuor, *De statu Religionis Christianæ per Orbem vniuersum*, pietas communi nostræ matri Ecclesiæ debita extorsit: quos, Belgicos inter Antistites, Tibi in primis, Rev.

DOMINE; multis de causſis dicandos esse existimaui. Primùm quia non solius tuæ diœcesis, aut Ecclesiæ Belgicæ; sed vniuersæ Reipublicæ Christianæ (vt generosam tuam indolem decet) curam animo agitas, vtque perniciosi hostium conatus elidantur, quàm maximè contendis. Agnouit hãc Tuam virtutem Ser.[mus] Archidux ALBERTVS, Princeps noster verè optimus, cum Te nondum annis fortasse, sed modestiâ ac prudentiâ maturum, in familiam suam adsciuit; Episcopum postea bono iudicio nominauit; & anno superio

periore Legatum ad Ser.mum Henricum Lotharingię Ducem honorificè misit. Alias tuas laudes taceo, ne palpare videar, & opto, vt maiorem virtutibus tuis campum Deus concedat, tuo & publico bono. BRVXELLIS, pridie Nonas Ianuarias anni CIƆ. IƆC. XIX. ineuntis, quem salutarem precor ac voueo.

Reu.ma D. V.
Studiosissimus

AVB. MIRÆVS.

Approbatio.

IOANNES Claudius Deville in ſacra Theologia Magiſter, & diuini verbi Prædicator; in S. Pauli huiuſce Ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunenſi Diœceſi à Dn. Dionyſio Simone de Marquemont, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſ. Archiepiſcopo, in Librorum cenſuram incumbere iuſſi: fidem facimus, Nos hunc librum, cui inſcriptio eſt, *Politia Eccleſiaſtica, ſiue Status Religionis Chriſtianæ, libri quatuor,* &c. vidiſſe & legiſſe, nihilque in eo à Catholica Apoſtolica & Romana fide & probis moribus alienum contineri. LVGDVNI apud S. Paulum IIII. Idus Septembr. M. DC. XIX.

C. DEVILLE.

Permissio.

HOc opusculum (quo Christiana Respubl. iuuari poterit) non indignum censeo quòd perenni luce fruatur.

DAVEYNE *Procur. Reg.*

IN-



INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER I.

28. De

45. *De*

LIBER II.

5. De

ẽ De

LIBER III.

Africæ



LIBER IV.

Indicis Librorum & Capitum finis.



POLITIÆ ECclesiasticæ, *siue* STATVS RELIGIONIS CHRISTIANÆ PER EVROPAM

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De EVROPÆ, & ITALIÆ *statu præsenti.*

EVROPA Asiam, Africam & Orbem Nouum non quidem magnitudine, (sunt enim hæ regiones longè ampliores) sed Re- **Europa.**

ligione Christiana, Regnorum potentiâ, incolarum virtute, ac moribus, vrbium frequentiâ, rerum omnium abundantiâ, cœli solique temperie, multis partibus superat.

Inter Europæ regiones omnium nobilissima est ITALIA, olim Imperatorum, nunc orbis vniuersi Pontificum sedes. *Italia.*

Olim Romanis paruit vniuersa, nunc in varias Dynastias est discerpta. Inter eos, sub quorum ditione nostro est æuo, principem locum obtinet, PONTIFEX ROMANVS, Rex NEAPOLITANVS, Princeps PEDEMONTANVS, Duces MEDIOLANENSIS, ETRVSCVS, MANTVANVS, MVTINENSIS, & PARMENSIS; Respublicæ item liberæ, VENETA, GENVENSIS, & LVCENSIS.

Inter omnes Italiæ Dynaſtas potẽtiſſimus eſt REX CATHOLICVS, qui præter Ducatum Mediolanenſem, poſſidet Regnum Neapolitanum, Siciliam inſuper ac Sardiniam, inſulas regio pariter titulo nobiles ac potentes; magno haut dubiè vniuerſæ Italiæ bono, quæ altam illam pacem, qua fruitur tot inter Principum factiones, Regi in primis Catholico debet.

Cęterùm Chriſti nomen, mox inde ab eiuſdem paſſione Tiberio Cæſari (eo enim regnante Crucis ſupplicio affectus eſt) in Italiâ innotuiſſe, Tertullianus Apologetico aduersùs gentes teſtatur: *Tiberius*, inquit, *cuius tempore nomen Chriſtianum in ſæculum introiuit, annunciatum ſibi ex Syria Paleſtina, quæ illic veritatem ipſius diuinitatis reuelauerat, detulit ad Senatum cum prærogatiua ſuffragij*

 ſui.

sui. Senatus quia non in se probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Consulite commentarios vestros, illic reperietis primùm Neronem in hanc sectam, tum maximè Romæ orientem, Cæsariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi aliquod bonum grande à Nerone damnatum.

Itaque Tiberius Imp. de Christo, pro Deo ab omnibus habendo, primus ad Senatum retulit: & talis etiam Romæ mox habitus est, vel inuito Senatu.

Porrò ex illo damnatorum Romæ à Nerone numero fuit S. PETRVS Apostolorum princeps: vt Lactantius, Epiphanius, Hieronymus, & alij narrant.

CAPVT

CAPVT II.

PONTIFICIÆ *ditionis statuſ.*

ROMA terrarum domina, vrbium regina, orbis compendium (vt eam Polemon Sophiſta apud Athenæum, ac Galenum appellat) pro dignitate laudari non poteſt. Quare quod de Carthagine C. Criſpus ait, ſilere de ea præſtat, quàm pauca dicere. Arx enim eſt omnium gentium, theatrum ingeniorum, domicilium virtutis, imperij, dignitatis, ac fortunæ; patria legum, omniúmque hominum, & quod olim Athenæ Atticæ, diſciplinarum fons, ſacerdotij ac iuſtitiæ, Religionis denique caput ac norma eſt: fremant licèt omnes Hæretici, qui VRBEM ÆTER- *Roma.*

NAM exſtinctam funditùs, vt veritatis ſedem, cuperent.

Romanam porrò Eccleſiam à Petro & Paulo, Apoſtolorum principibus fundatam Irenæus, *libro tertio aduersùs Hæreſes capite* 3. diſertè prædicat. Cui illud Tertulliani *libr.* 4. *contra Marcionem* conſonat: *Romanis Euangelium & Petrus & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt.* Scio non deeſſe ex Nouatoribus, qui Petrum Romæ fuiſſe negent: ſed præter Irenæum, & Tertullianum, illis oppono Lactantium, hominem Africanum, & Prudentium, Hiſpanici generis virum militarem: quos corrumpere Pontifices illius ætatis, valde ab iis remoti, minimè potuerunt. Prior ex iis Conſtantino Magno carus acceptúſque fuit: poſterior Theodoſio imperante floruit, & Petri

marty

martyrium versibus descripsit.

Oppono item Dorotheum Tyrensem Episcopum, Petrum Alexandrinum, Maximum Taurinensem, & alios, quos recensere non est huius instituti. Gratianus certè, Valentinianus & Theodosius Cæsares, Petrum Romę fuisse publicâ lege testantur, ad populum Constantinopolitanum missâ. Sic enim aiunt: *Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit Imperium, sub tali volumus Religione versari, quam D. Petrum Apostolum tradidisse Romanis Religio vsque adhuc insinuata declarat, quámque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandrinum Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis.* C. de sum. Trin. & fid. Cath. In eamdem quoque sententiam Hieronymus, in Fidei suæ expositione ad Damasum, *Petri*, inquit, *& Fidem, & sedem tenes.*

Ceterùm vt omnium orbis

Christiani Ecclesiarum caput est ROMANA, sic omnium Patriarcharum atque Episcoporum Princeps est ROMANVS PONTIFEX: de cuius auctoritate plura qui volet, Theologos ac Canonistas consulat. Pontifici Maximo in Ecclesia Romana proximi sunt hodie CARDINALES: qui vnde dicti, & quando cœperint, docet abundè Onuphrius Panuinus *libr. de Cardinalium origine, Episcopatibus ac Titulis.* Inter Cardinales sex hodie sunt Cardinales Episcopi, OSTIENSIS, PORTVENSIS, SABINVS, PRÆNESTINVS, TVSCVLANVS & ALBANVS. Ex his Ostiensis habet *vsum* Pallij, & Romanum Pontificem consecrare solet.

Rom. Pontifex.

Cardinales.

Pontifex, vt Princeps, multas hodie prouincias, atque vrbes illustres iure optimo maximo, hoc

est,

eſt ſupremo poſſidet; vt ex ſubiecta ſyllabo clariùs patebit.

Sedes Epiſcopales CARDINALIVM S.ROMANÆ *Eccleſiæ.*

Oſtienſis.	*Oſtia.*
Portuenſis.	*Porto.*
Sabinenſis.	*Sauina.*
Præneſtina. *Paleſtrina*, Ducatus gentis Columnæ.	
Tuſculana.	*Fraſcati.*
Albanenſis.	*Alba.*

Epiſcopatus alij Prouinciæ ROMANÆ.

Sutrinus.	*Sutri.*
Nepeſinus.	*Nepi.*
Ciuitatis Caſtellanæ in Tuſcia. *Ciuità Caſtellana.*	
Hortanus.	*Horti.*
Viterbienſis, per Cœleſtinum III. an. 1190.	*Viterbo.*
Tuſcanenſis.	*Tuſcanella.*

Balneoregiensis. *Bagnarea*, patria S. Bonauenturæ.
Vrbeuetanus *Orvieto.*
Perusinus. *Perugia*, Academia.
Tifernatensis, seu Ciuitatis Castelli, in Vmbria. *Città di Castello.*
Ciuitatis Plebis. *Ciuità de Plebe.*
Castrensis. *Castro*, Ducatus gentis Farnesiæ.
Aretinus. *Arezzo.*
Spoletinus. *Spoleto.*
Interamnensis. *Terni.*
Narniensis. *Narny.*
Amerinus. *Amelia.*
Tudertinus. *Todi.*
Reatinus. *Rieti.*
Fulginas. *Foligno.*
Assisiensis. *Assisi*, patria S. Francisci.
Tiburtinus prope Vrbem. *Tiuoli.*
Anagninus. *Anagna.*
Verulanus. *Verulo.*
{Tarracinus. *Terracina.*
{Setinus. *Sezza.*
Signi

Signinus. *Segni*, Ducatus gentis Forzæ.

Alatrinus. *Alatro.*

Ferentinus. *Fiorentino.*

Ariconitanus. *Ancona.*

Humanensis, seu Numanensis. *Humana.*

Lauretanus per Sixtum V. institutus. *Loreto.*

Recinensis. *Ricanati.*

Asculanus, siue Esculanus. *Ascoli.*

Æsinus. *Iesi.*

Auximanus. *Osmo.*

Fanensis. *Fano.*

Camerinensis, siue Camers. *Camerino.*

Lucensis, habet *ius* Pallij. *Luca*, Respublica libera.

RAVENNENSIS *Archiepisc.* Rauenna. *Huic sunt suffraganei Episcopi;*

Hadriensis, in oppido Rodigio residens. *Adri.*

Comaclensis. *Comachio.*
Fauentinus. *Faenza.*
Britinoriensis anno 1358. *Brentinore*, gentis Picæ.
Foro-Liuiensis. *Forli*, patria Hier. Mercurialis Medici.
Cæsenas. *Cesena.*
Sarsinensis. *Sarsina*, patria Plauti, spectat ad gentem Picam aut Aldobrandinam.
Ariminensis. *Rimini.*
Foro-Corneliensis seu Imolensis. *Imola.*
Ceruiensis seu Ficodensis. *Cernia.*
Faneſtriensis. *Faneſtria.*
Ferrariensis anno 656. per Vitalianum Papam. *Ferrara*, Ducatus S.R.E. & Academia.

BONONIENSIS *Archiep. per Gregorium XIII. anno 1583. institutus.* Bologna, *Academia.*

Parmensis. *Parma*, Ducatus gentis

tis Farnesiæ & Academia.

Placentinus. *Placenza*, Ducatus gentis eiusdem.

Rhegiensis. *Reggio*, Ducatus gentis Estensis.

Mutinensis. *Modena*, Ducatus gentis eiusdem.

Cremensis. *Crema*, in ditione Venetorum.

Burgi S. Domnini, in ditione Ducis Parmensis, per Clementem VIII. *Borgodi S. Domnino.*

FIRMANVS *Archiepisc. per Sixtum V.* Fermo.

Maceratensis. *Macerata*, Academia.

Tolentinus. *Tolentino.*

S. Seuerini, olim Septempedæ. *San-Seuerino*, Comitatus gentis Sanseuerinæ.

Montis Alti, per Sixtum. V. *Montalto.*

Ripanus, in Piceno. *Ripa.*

De

De Beneuento, & Comitatu Auenionensi, ad ditionem Pontificiam pariter spectantibus, infrà agemus.

Capvt III.

Regni Neapolitani, *& Ecclesiarum in eo Cathedralium status.*

Neapol. regnum. Regnvm Neapolitanum, ab vrbe primaria sic nuncupatum, alio nomine Regnum Siciliæ cis Pharum dicitur; ad differentiam Sicilię insulæ, vltra Pharum sitæ. Quo fit, vt Rex hodie Catholicus, qui Neapolitanis & Siculis dominatur, vtriusque Siciliæ, cis & vltra Pharum, Rex vocetur.

Regnum istud, post Romani Imperij declinationem, primùm Gothi ac Longobardi, postea Græci ac Saraceni tenuerunt,

vsque

vſque ad Normannorum in Italiam aduentum. Normannis Franci, ac demum Hiſpani, atque Auſtriaci ſucceſſerunt : vt fusè docent Neapolitanarum rerum ſcriptores.

Epiſcopalium Eccleſiarum hoc in regno ingens eſt numerus : vt ex Catalogo ſubiuncto patebit.

NEAPOLITANVS *Archiepiſcopus per Gregorium I. Papam inſtitutus.* Napoli, *Academia. Huic ſuffragantur Epiſcopi,*

Puteolanus. *Pozzuolo.*
Nolanus, per Gregorium I. *Nola.*
Acerranus. *Cerra,* Comitatus gentis Cardonæ.
Iſclanus ſiue Ænarienſis. *Iſchia,* inſula.
* Auerſanus, exemtus à iuriſdictione Archiepiſcopali. *Auerſa,*

sa, Comitatus gentis Belpratanæ.

Cum Auersano vniti sunt Episcopatus Cumanus & Attellanus. *Cuma*, Comitatus gentis Constanzæ. *Atella*, Marchionatus gentis olim Leyuæ.

C A P V A N V S *Archiepiscopus per Ioannem X I I I. anno 968.* Capoa.

Theanensis. *Teano*, Comitatus.

Caluensis. *Calui*, Comitatus gentis olim Griffæ.

Casertanus per Alexandrum I V. *Caserta*, Principatus gentis Aquauiuæ.

Calatinus. *Gaiazzo*, Comitatus gentis Rossæ aut Sanseuerinæ.

Calenensis. *Carinola*, Comitatus gentis Carafæ.

Æserniensis. *Sergna*, patria Cæle-

stini

ſtini Papæ V.

Sueſſanus. *Seſſa*, Ducatus gentis Cardonæ & Cordubæ.

Venafranus. *Venafro*, Marchionatus gentis Spinolæ.

*Caſinenſis per Ioannem XXII. anno 1323. *Monte Caſſino* & *S. Germano.*

Aquinas. *Aquino*, Comitatus gentis Aualæ.

Fundanus. *Fondi*, Ducatus gentis Columnæ.

Caietanus, per Gregorium IV. *Gaieta.*

Soranus. *Sora*, patria Cæſaris Baronij, & Ducatus gentis Boncompagnæ.

SALERNITANVS *Archiepiſcopus circa annum 1056.* Salerno, *Academia, & Principatus gentis Grimaldæ.*

Caputaquenſis. *Capaccio*, Comitatus

tatus gentis Villamarinæ.

Policastrensis. *Pulicastro*, Comitatus gentis Carrafæ.

Sarnensis. *Sarno*, Comitatus gentis Tutteuillæ.

Acernensis. *Acierno*, spectat ad Marchionem Corneæ.

Mariscensis. *Marsico*, Comitatus gentis S. Seuerinæ.

Campaniensis cum Satrianensi vnitus. *Campagna*, Marchionatus gentis Grimaldæ.

Nucerinus. *Nocera delli Pagani*, Ducatus gentis Carrafæ.

Nuscensis. *Nusco*, Comitatus gentis Zurlæ.

* Cauensis. *Caua.*

AMALPHITANVS *Archiepisc.* Amalfi, *Ducatus gentis Caracciolæ.*

Capritanus. *Capri*, insula.

Sca

{ Scalensis. *Scala.*
{ Rauellensis. *Rauello.*
Minorensis. *Minori.*
Litterensis seu Litteranensis. *Leure.*

SVRRENTINVS *Archiepisc. anno 913.* Sorrento.

Vici-Aquensis. *Vico,* Marchionatus gentis Capuæ.
Massensis seu Lubrensis. *Massa,* Principatus gentis Cybo Malaspina.
Stabiensis seu Castelli maris. *Castell' à mare di Stabia.*

COMPSANVS *Archiepisc.* Conza, *Comitatus gentis Gesualdæ.*

Muranus. *Muro,* Comitatus gentis Vrsinæ.
Satrianensis cum Campaniensi vnitus. *Satriano Cagiano.*

Alce

Alcedonienſis ſeu Laquedonienſis. *Lacedogna.*

S. Angeli de Lombardis. *S. Angelo di Lombardi*, Comitatus.

Biſacienſis. *Biſaccia.*

Montis Viridis cum Caſinenſi vnitus. *Monte Verde.*

ACHERVNTINVS *Archiepiſc. & Materanus Epiſc. vniti per Alexandrum II.* Cirenza, *Ducatus gentis Spinollæ.* Matera, *Comitatus gentis S. Seuerinæ.*

Venuſinus. *Venoſa*, Principatus gentis Geſualdæ.

Tricaricenſis. *Tricarico*, Comitatus gentis Sanſeuerinæ.

Potentinus. *Potenza*, Comitatus gentis olim Lannoyæ, nunc Gueuarræ.

Grauinenſis. *Granina*, Ducatus gentis Vrſinæ & Academia.

Tur

Turcienſis ſiue Anglonenſis. *Anglona.*

Montis Pelusij ſeu Piloſi. *Monte Peloſo*,Comitatus.

TARENTINVS *Archiepiſcopus*.Taranto.

Motulenſis. *Motula*, Comitatus gentis Seripannæ.

Caſtellanetenſis.*Caſtellaneta*,Marchionatus gentis Caracciolæ.

Vrienſis ſeu Oritanus. *Oria*,Marchionatus gentis Bonifaciæ Imperialis.

BRVNDISINVS *Archiepiſc. & Ocrenſis Epiſcopus vniti*.Brindiſi.

Hoſtunenſis. *Hoſtuni.*

*Nerotinenſis ſeu Nardonenſis. *Nardo*, Ducatus gentis Aquauiuæ.

Monopolitanus. *Monopoli*, Marchionatus.

HYDRVN

HYDRVNTINVS *Archiepiscopus.* Otranto.

Aletinus. *Lecce*, Comitatus gentis Capuæ.
Leucensis & Alexanensis. *Capo di Leuco.*
Castrensis in oppido Poiardi residens. *Castro*, Comitatus gentis Gattinariæ.
Gallipolitanus. *Gallipoli.*
Vgentinus. *Vgento*, Comitatus gentis Pandonæ.

BARENSIS *Archiepiscopus & Canusinus Episcopus uniti.* Bari, Canosa, *Comitatus gentis Canossæ.*

Bitontinus. *Bitonto*, Marchionatus gentis Aquauiuæ.
Iuuenacensis. *Giouenazzo*, Comitatus gentis Gonzagæ.

Rubensis. *Ruuo*, Comitatus gentis Carrafæ.
Conuersanus. *Conuersano*, Comitatus gentis Aquauiuæ.
Mineruinus. *Moneruino.*
Polignianensis. *Pulignano*, Marchionatus.
Lauellinensis. *Lauiello*, Marchionatus gentis Tufæ.
Bitectensis. *Bitetto*, gentis Carrafæ.
Catharensis in Dalmatia, *Catheri*, ditionis Venetæ.
* Melphitensis, exemtus per Paulum V. Papam. *Molfetta*, Principatus gentis Gonzagæ.

TRANENSIS *Archiepiscopus & Salpensis Episcopus vniti.* Trani, Salpe.

Vigiliarum. *Bisiglia.*
Andriensis. *Andri*, Ducatus gentis

tis Carrafæ à Stadera.

MANFREDONIENS. *Archiepisc. & Montis Gargani Archiepiscopus uniti per Alexandrum III.* Manfredonia, Citta di S. Angelo, *Marchionatus olim Castriotæ, nunc Grimaldæ gentis.*

Vestanus. *Vesti.*
Melphiensis. *Melphi,* Principatus gentis Doriæ.
Rapollensis. *Rappollo.*

THEATINVS *Archiepisc. & Comes per Clementem VII. anno 1526.* Ciuita di Chieti.

Ortoniensis & Camplensis seu Complensis. *Ortona,* Comitatus gentis Cantelmæ.

*Pin

* Pinnensis. *Citta di Penna*, Ducatus gentis Farnesiæ.
Adriensis seu Hadriensis. *Atri*, Ducatus gentis Aquauiuæ.

* Valuensis. *Valua.*
* Sulmonensis. *Sulmona*, patria Ouidij, & Principatus gentis olim Lannoię, nunc Burgesiæ.

* Aquilanus. *Aquila*, gentis Farnesiæ.
* Marsicus. *Marsi.*
* Aprutinus seu Theramensis Episcopus & Princeps, Comes Bisegniæ. *Teramo.*
Caliensis. *Ciutta di Cali.*

LANCIANENSIS *Archiepisc. per Pium IV.* Lanciano, *nullum habet Episcopum suffraganeum.*

* Triuentinus, exemtus. *Triuento*, Comitatus gentis Afflictæ.

RHEGIENSIS *Archiepisc. in Calabria.* Reggio, *Comitatus gentis Cardonæ.*

Catacensis. *Catanzaro*, Marchionatus gentis Ruffæ.
Crotoniensis. *Crotone*, Marchionatus gentis Columnæ.
Tropiensis. *Tropea.*
Opedensis. *Oppedo*, Comitatus gentis Caracciolæ.
Bouensis. *Boue.*
Neocastrensis. *Nicastro*, Comitatus gentis Constanzæ.
Nicoterensis. *Nicotera*, Comitatus gentis Ruffæ.
Hieraciensis seu Locrensis. *Gieraci*, Marchionatus gentis Aragoniæ.
Scyllaceensis. *Squillaci*, patria Cassiodori, & Principatus gentis Borgiæ.

*Mile-

* Miletensis anno 1195. per Gregorium VII. Papam. *Mileto*, Comitatus gentis S.Seuerinæ.

CONSENTINVS *Archiepisc. & Montis alti Episcopus.* Cosensa, & Monte alto, *Ducatus gentis Moncada.*

Marturanensis, *Martorano*, Comitatus gentis olim Aquinæ.
Marcensis, vulgò S. Marci. *S. Marco*, Ducatus gentis San Seuerinæ, aut Marchionatus gentis Cauaniglíæ.
Besidiensis, *Bisignano*, Principatus gentis S.Seuerinæ.
Cassanensis. *Cassano*, Comitatus gentis S. Seuerinæ, aut Marchionatus gentis Castaldæ.

ROSSANENSIS *Archiep.* Rossano, *Principatus gentis Iuditi.*

Nullum habet Episcopum suffraganeum.

SEVERENÆ, *vulgo* S. SEVERINÆ, *Archiepiscopus.* San Seuerina, *Marchionatus aut Comitatus gentis Carraffæ à Spina.*

Vmbriaticensis. *Vmbriato.*
Bellicastrensis. *Belcastro*, patria S. Thomæ Aquinatis, & Comitatus gentis San Seuerinæ.
Insulanus. *Isola.*
Gerentinus & Chariatensis vniti. *Cariati*, Principatus gentis Spinollæ.
Strongilensis. *Strongoli.*

BENE

BENEVENTANVS, *Archiepisc.* Beneuento, *ditionis Pontificiæ.*

Asculanus. *Ascoli*, Principatus olim gentis Leyuæ.

Telesinus, in oppido Cenoro residens. *Telese.*

S. Agathæ. *S. Agatha delli Goti*, Ducatus gentis Cosciæ.

Aliphanus. *Alife.*

Montis Marani. *Monte Marano.*

Auellinensis. *Auellino*, Principatus gentis Caracciolæ.

Frequentinus. *Fergiento*, gentis Gesualdæ.

Vicanus. *Vico bella Barônia*, gentis Caracciolæ Rossæ.

Arianensis. *Ariano*, Ducatus gentis Gonzagæ.

Boianensis. *Boiano*, Ducatus gentis olim Lannoiæ; nunc Caracciolæ Rossæ.

Bouinensis. *Bouino*, Ducatus gen-

 tis

tis Gueuarræ.

Vulturariensis & Montis Coruini. *Vulturara & Monte Coruino.*

Larinensis. *Larino.*

Termulensis. *Termoli*, Ducatus gentis Capuæ.

S.Seueri. *San Seuero*, Principatus gentis Sangræ.

Troianus. *Troia*, Ducatus

Guardiensis Alferiæ. *Guardia Alfana.*

In regno itaque Neapolitano, præter Beneuentanum (quod est oppidum ditionis Pontificię) sunt Archiepiscopatus XIX. nimirum Neapolitanus, Capuanus, Salernitanus, Amalphitanus, Surrentinus, Compsanus, Acheruntinus, Tarentinus, Brūdisinus, Hydruntinus, Barensis, Tranensis, Manfredoniensis, Theatinus, Lancianensis, Rhegiensis, Consentinus, Rossanensis, & Seuerinensis.

CAPVT IV.

COLLEGIA *Societatis* IESV *in* ITALIA.

PRÆTER Siciliæ & Sardiniæ Prouincias, habet insuper Societas in Italiæ continente Prouincias quatuor, Romanam, Neapolitanam, Mediolanensem & Venetam.

Prouincia ROMANA.

Romæ	Domus Professa.	*Roma.*
	Colleg. Romanum.	
	Domus Probationis.	
	Colleg. Pœnitentiariæ.	
	Colleg. Germanicum.	
	Colleg. Anglicanum.	
	Seminarium Roman.	
	Colleg. Maronitarum.	
	Colleg. Scotorum.	

Residentia Tusculana. *Frascati.*

Colleg. Tiburtinum. — *Tiuoli.*
Colleg. Lauretanum. *Loreto.*
Colleg. Perusinum. *Perugia.*
Colleg. Florentinum. *Fiorenza.*
Colleg. Senense. *Siena.*
Colleg. Maceratense. *Macerata.*
Coll. Recinetense. *Ricanati.*
Colleg. Setinum. *Sezza.*
Colleg. Anconitanum. *Ancona.*
Colleg. Montis Sancti. *Monte Santo.*
Colleg. Montis Politiani. *Monte Pulciano.*
Colleg. Firmanum. *Fermo.*
Colleg. Tifernaten. *Città di Castello.*
Colleg. Asculanum. *Ascoli.*
Colleg. Soranum. *Sora.*
(Sunt in hac Prou. Socij. 747.)

Prouincia NEAPOLITANA.

Neapoli {
Domus Professa.
Colleg. Neapolit.
Dom. Probationis.
Dom. Professa noua.
} *Napoli.*

Colleg.

Colleg. Catacense. *Catanzaro.*
Colleg. Nolanum. *Nola.*
Colleg. Aletinum. *Lecce.*
Colleg. Bariense. *Bari.*
Colleg. Salernitanum. *Salerno.*
Colleg. Cosentinum. *Consenza.*
Colleg. Barolitanum. *Barletta.*
Colleg. Teatinum. *Chieti.*
Colleg. Aquilanum. *Aquila.*
Colleg. Beneuentanum. *Beneuento.*
Dom. Probationis Adriensis. *Atri.*
Colleg. Bouinense. *Bouino.*
Colleg. Tropeense. *Tropia.*
Colleg. Massense. *Massa.*
Colleg. Stabiense. *Castell' à mare.*
Colleg. Capuanum. *Capua.*
Colleg. Molfettanum. *Molfetta.*
Residentia Monopolitana. *Monopoli.*
Residentia Tarentina. *Taranto.*
Residentia Paulae. *Paula.*
(Sunt in hac Prou. Socij 594.)

Prouincia MEDIOLANENSIS.

Medio-lani { Domus Professa. / Col. Breidanum. } *Milano.*

Genuæ { Domus Professa. / Colleg. Genuense. / Dom. Probationis. } *Genoua.*

Colleg. Taurinense. *Turino.*

Colleg. Comense. *Como.*

Colleg. Vercellense. *Vercelli.*

Colleg. Montis regalis. *Mondeui.*

Colleg. Cremonense. *Cremona.*

Dom. Probationis Aronensis. *Arona.*

Colleg. Bastiense. *Bastia.*

Colleg. Niciense. *Nizza.*

Colleg. Alexandrinum. *Alexandria.*

Residentia Papiensis. *Pauia.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 491.)

Prouincia VENETA.

Dom. Professa Veneta.* *Venetia.*
Colleg. Patauinum.* *Padoua.*
Colleg. Ferrariense. *Ferrara.*
Colleg. Bononiense. *Bologna.*
Colleg. Brixiense.* *Brescia.*
Colleg. Foroliuiense. *Forli.*
Colleg. Mutinense. *Modena.*
Parmæ { Colleg. Parmense, Colleg. Nobilium. } *Parma.*
Colleg. Placentinum. *Piacenza.*
Colleg. Veronense.* *Verona.*
Colleg. Mantuanum. *Mantoua.*
Dom. Probat. Nouellaræ. 7 *Nouellara.*
Dom. Probat. Imolæ incl. orta. *Imola.*
Colleg. Mirandulanum. *Mirandola.*
Colleg. Regiense. *Reggio.*
Colleg. Fauentinum. *Faenza.*
Colleg. Castilionense. *Castiglione.*

Residentia Cretensis.* *Candia.*
Residentia Vicentina.* *Vicenza.*
Domus Probationis Buxetana. *Busseto.*
(Sunt in hac Prouincia Socij 373.)

CAPVT V.

De regno SICILIÆ.

Sicilia. SICILIA, omnium insularum maris Mediterranei maxima, titulo regio nobilis, paret Regi Catholico. Sunt in eâ vrbes Archiepiscopales tres, PANORMVM, MESSANA & MONS REGALIS.

Panormum. PANORMITANO *Archiepisc. parent Episcopi tres,*

Mazariensis. *Mazara.*
Agrigentinus. *Girgenti.*
Melitensis. *Malta*, insula Equi-
tum

rum Hospitalariorum S. Ioannis: quorum Magnus Magister dicitur Princeps Melitæ & Gozi.

MESSANENSI *Archiepisc.* *Messana.*
subiiciuntur,

Liparensis. *Isla de Lipari.*
Pactensis. *Patti.*
Cephaloedensis. *Cifalu.*

MONTIS REGALIS *Archiepisc. per Lucium III. anno 1183. institu-to, subsunt,* *Mons Regalis.*

Catanensis. *Catania;* Academia.
Syracusanus. *Saragosa.*

In hac insula habet multa eaque illustria Collegia Societas Iesu, sub vnius Præfecti Provincialis regimine comprehensa.

Prouincia SICVLA.

Panormi.	Domus Professa. Coll. Panormitanum. Domus Probationis.	*Palermo.*
Messanę.	Domus Professa. Colleg. Messanense. Domus Probationis.	*Messina.*

Colleg. Syracusanum. *Siracosa.*
Colleg. Catanense. *Catania.*
Colleg. Montis regalis. *Monreale.*
Colleg. Biuonense. *Binona.*
Colleg. Caltaleronense. *Caltagi-rone.*
Colleg. Rheginum. *Reggio.*
Colleg. Drepanitanum. *Trapani.*
Colleg. Mineense. *Mineo.*
Colleg. Marsalense. *Marsala.*
Colleg. Caltanessetense. *Calata-nisetta.*
Colleg. Melitense. *Malta.*
Colleg. Platiense. *Piazza.*
Colleg. Notinum. *Noto.*
Colleg. Saccense. *Sciacca.*

Resi

Residentia Chia. *Scio.*
(Sunt in hac Prouincia
Socij 638.)

CAPVT VI.

De regno SARDINIÆ.

SARDINIA insula, regio titulo ornata, Regi item Catholico paret. Fuere in ea insula olim XIV. vrbes Episcopales: hodie septem aut octo sunt vrbes, in quibus Episcopi resident: CALARIS, SASSARIS, ARBOREA, in quibus Archiepiscopi: VILLA ECCLESIÆ, BOSA, ALGARIVM, CASTRVM ARAGONENSE, & LÆSA, in quibus Episcopi commorantur. Ita Ferrarius in Topographia Martyrologii Romani. *Sardinia.*

CALA-

CALARITANVS *Archiepiscopus Sardiniæ & Corsicæ Primas.* Caglari.

Huic sunt suffraganei Episcopi,

Doliensis. *Doli.*

Ecclesiensis. *Yglesias.*

Sulcitanus. *Solci.*

Suellensis cum Calaritano Archiepiscopo vnitus. *Suel.*

TVRRITANVS *hodie* SASSARITANVS *Archiepisc.* Torre Sassari. *cui subsunt,*

Algarensis. *Algar.*

Bosensis. *Bosi.*

Emporiensis. *Empurias.*

Phausaniensis, vulgo Fausinensis, in castro Aragonensi residens. *Terra noua.*

ARBOREENSIS *Archiepiſ.*
Arbora *huic parent,*

Vſſellenſis.	*Vſſella.*
Teralbenſis.	*Terra alba.*
S. Iuſtæ.	*S. Iuſta.*

In hac itidem inſula Societas IESV aliquot Collegia poſſidet, in Prouinciam redacta.

Prouincia SARDINIÆ.

Saſſari	Dom. Profeſſa. Col. Saſſaritanū. Sem. S. Antonij.	*Saſſer.*
Calari	Domus Profeſſa. Coll. Calaritanū. Dom. Probat.	*Caller.*
Colleg. Eccleſienſe.		*Ygleſias.*
Colleg. Alguerenſe.		*Alguer.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 190.)

CAP

CAPVT VII.

De Ducatu MEDIOLANENSI.

Mediolanum. MEDIOLANVM vrbs est Insubriæ amplissima, Ducatus illius metropolis, & Proregis Hispani ac Senatus sedes. Prouincia sacra Mediolensis olim latissimè patuit, & longè plures quondam Episcopi metropolitico iure ad illam pertinebant, quàm nunc pertineant: vt docet Carolus à Basilicâ Petri, Episcopus Nouariensis, in libello, quem de Metropoli Mediolanensi conscripsit. Vrbi ac prouinciæ Mediolanensi primus Euangelium attulit S. Barnabas Apostolus. De Archiepiscopis Mediolanensibus vsque ad annum 1489. scripsit Donatus Bossius, & anno 1482. Mediolani publi-

publicauit. Ad nostra vsque tempora res gestas eorumdem prosecutus est Petrus Galesinius & alij. Hodie Mediolanensi Archiepiscopo suffragantur Episcopi;

Cremonensis. *Cremona.*

Laudensis. *Lodi.*

Nouariensis. *Nouarra*, patria Petri Lombardi, Magistri sententiarum & Episcopi Parisiensis.

Alexandrinus, per Alexandrum III. anno 1175. *Alessandria della Paglia.*

Dertonensis. *Tortona.*

Viglebanensis per Clementem VII. anno 1530. *Vigleuano*, Marchionatus gentis Triuultiæ.

Bergomensis, in ditione Venetorum. *Bergamo.*

Brixiensis, ibidem. *Bressia.*

Vercellensis, in Principatu Pedemontano. *Vercelli.*

Astensis, siue Hastensis, ibidem.

Casalensis, in Ducatu Montisferrati, quæ olim ditio ad Palæologos, hodie ad Gonzagas pertinet. *Casale di Monferrato.*

Albensis, ibidem. *Alba.*

Aquensis. *Acqui.*

Saonensis, seu Sauonensis, sub ditione Reipublicæ Genuensis. *Sauona.*

Intimiliensis. *Vintimiglia.*

* Ticinensis, seu Papiensis, habet ius Pallij. *Pauia*, Academia.

CAPVT VIII.

ETRVRIÆ *Gubernatio Ecclesiastica & Politica.*

Etruria. ETRVRIA pro maiori hodie parte, nunc paret Magno Etruriæ Duci, ex gente Medicæa. Inter oppida, quæ possidet, FLOREN

RENTIA, PISA, & SENA, tres olim potentes Respublicæ eminent. *Florentia. Pisa. Sena.*

Primum Florentiæ Ducem anno 1530. Carolus V. Imperator creauit generum suum, ALEXANDRVM MEDICÆVM. Cui anno 1537. à suis confosso, in principatu suffectus est COSMVS, 18. annorum adolescens. Hic à Pio V. Papa ex Duce Florentino Magnus Etruriæ Dux primus creatus est, anno 1569. verbis istis coronæ inscriptis, ex mandato eiusdem Pontificis: PIVS V. PONT. MAX. OB EXIMIAM DILECTIONEM, ET CATHOLICÆ RELIGIONIS ZELVM, PRÆCIPVVMQVE IVSTITIÆ STVDIVM DONAVIT.

Idem Cosmus ordinem Equitum S. Stephani anno 1560. instituit, qui hodieque bellicâ aduersùs

sùs Turcas gloriâ florent. Vide Origines nostras Equestres.

Sub ditione Magni Etruriæ Ducis tres sunt Archiepiscopatus.

FLORENTINUS *Archiepisc. per Martinum V. anno 1421.* Fiorenza.

Fæsulanus. *Fiezola.*
Pistoriensis. *Pistoia.*
Volaterranus. *Volterra.*
Collensis. *Colle.*
Burgi S. Sepulcri. *Burgo S. Sepulchro.*
Sarsanensis per Nicolaum V. Papam, Lunâ per Gothos destructâ. *Serzana*, in ditione Genuensium.
* Montis Politiani. *Monte Pulciano*, patria Rob. Bellarmini Card.
* Cortonensis per Ioannem XXII. *Cortona.*

SENENSIS *Archiepisc. per Pium II. anno 1449.* Siena, *Academia.*

Suanensis. *Soana.*
Clusinus. *Chiusi.*
Grossetanus, seu Rosetanus. *Grosseto.*
Massensis, seu Massanensis, cum Populoniensi vnitus. *Massa, Populonia.*
Pientinus, seu Corsimanensis. *Pientia,* Æneæ Siluij patria, qui postea Pius II. Papa hunc Episcopatum instituit.
Ilcinensis. *Monte Alcino.*

PISANVS *Archiepisc. per Vrbanum II. aut Innocentium II.* Pisa, *Academia, anno 1309.*

Ciuitatis solis. *Ciuitella.*

Adia

Adiacienſis, in Corſica inſula Reipubl. Genuenſis. *Aiazzo.*

Sagonenſis, ibidem in oppido Vicenſi aut Caluienſi reſidens. *Sagona.*

Alerienſis, ibidem. *Aleria.*

CAPVT IX.

De Ducatibus MANTVÆ, MVTINÆ, VRBINI, *&* PARMÆ.

Mantua. MANTVA, Virgilij Poëtarum principis patria, Ducem habet ex gente Gonzaga, qui & Montis-ferrati Ducatum obtinet, Palæologis exſtinctis. Vincentius Dux anno 1608. ordinem militarem REDEMPTORIS IESV CHRISTI inſtituit, in honorem miraculoſi ſanguinis eiuſdem Domini noſtri,

ſtri, qui Mantuæ in templo pulcherrimo Canonicorum S. Andreæ, magna religione, à multis retrò ſæculis adſeruatur. Fit eius mentio in veteri Chronico, quod Petrus Pithœus edidit cum XII. Scriptoribus coætaneis.

MVTINA & RHEGIVM Ducem habent ex gente Ateſtina, vulgò Eſtenſi, quæ olim Ferrariæ Ducatum pro titulo ac ſede primaria obtinuit. Sed anno 1598. Clementis VIII. Pontif. Max. operâ, Sedi Apoſtolicæ ditio illa eſt reſtituta. *Mutina.* *Rhegium.*

VRBINVM Ducem habet ex gente Roborea: cuius vrbis Archiepiſcopo ſex Epiſcopi ſuffragantur, LEOPOLITANVS, PISAVRIENSIS, CALLIENSIS, EVGVBINVS, FOROSEMPRONIENSIS, & SENOGALLIENSIS. Quæ oppida omnia ſpectant ad Du- *Vrbinum.*

cem Vrbinatem.

Parma. Placentia. PARMA & PLACENTIA Ducem habent ex gente Farnesia, beneficio Pauli III. Papæ. Vtriusque vrbis Episcopi suffragantur Archiepiscopo Bononiensi, vt & Episcopus Burgi S. Domnini, in ditione Parmensi, per Clementem VIII. constitutus.

CAPVT X.

Respublicæ liberæ, VENETA, GENVENSIS, LVCENSIS, *&* RAGVSINA.

IN Italia tres sunt Respublicæ liberæ, VENETA, GENVENSIS, & LVCENSIS, & vna trans mare Adriaticum, RAGVSINA scilicet, in Dalmatia. Omnium vetustissima ac potentissima est VENETA: ponè sequi-

Venetia. tur

tur GENVENSIS, quę (vt & Lucensis) nominis Hispanici est studiosissima; vt è contra Veneti Gallis sunt addictissimi. Ragusini, moribus & lingua Italis similes, partim armis, partim annuâ pensione Turcis præstari solitâ, libertatem tuentur. Genua.

LVCA Episcopum habet Apostolicæ Sedi immediatè subiectum, qui in sacris ius habet Pallio vtendi. Luca.

RAGVSIVM, olim Epidaurus, iacet in Dalmatia, ex opposito Italiæ, & habet Archiepiscopum: cui suffraganei sunt Episcopi Stagnensis, & Tribuniensis, (quæ sunt oppida eiusdem Reipublicæ) item Marcatensis, Rodonensis, Garzalensis, Stephanensis, & Curzolensis. Ragusiũ.

CAPUT XI.
Ecclesiastica apud VENETOS *gubernatio.*

SUB ditione Reipublicæ Venetæ duo sunt Patriarchæ, Venetus, qui Gradensi successit, & Aquileiensis: item quatuor Archiepiscopi, Spalatensis, Iaderensis, Corcyrensis & Candiensis. Quot singulis Episcopis sint suffraganei, ex subiuncta syllabo patebit.

VENETUS *primùm Episcopus anno 772. ab Adriano Papa, pòst ab Eugenio IV. anno 1350. Patriarcha creatus.* Venetia. *Huic sunt Episcopi suffraganei,*

Glodiensis.	*Chioza*, insula.
Torcellensis.	*Torzello*, insula.

AQUI

AQVILEIENSIS *Patriarcha, in oppido Vtinensi residet.* Aquilegia. Vdene. *Huic subsunt,*

Comensis in Ducatu Mediolanensi. *Como*, Plinij vtriusque patria.

Veronensis. *Verona.*

Patauinus. *Padoua.*

Vicetinus, vulgò Vicentinus. *Vicenza.*

Taruisinus. *Treuizi.*

Concordiensis, in portu Romatino residens. *Concordia*, Marchionatus spectat ad Principem Mirandulanum, gentis Picæ.

Cenetensis. *Zeneda.*

Feltrensis. *Feltre.*

Bellunensis Episcopus & Comes. *Ciuidal di Bellun.*

Polensis. *Pola.*

Parentinus. *Parenzo.*

Tergestinus. *Trieste*, gentis Austriacæ.
Petinensis. *Petin.*
Iustinopolitanus, siue Capitis Istriæ. *Capo d'Istria.*
Æmoniensis, seu Ciuitatis Nouæ in Istria. *Citta noua.*
*Tridentinus, S. R. Imperij Princeps. *Trento.*
* Mantuanus. *Mantoua*, Ducatus gentis Gonzagæ.

SPALATENSIS & SALONITANUS *Archiepisc. Dalmatiæ & Croatiæ Primas.* Spalatro, Salona.

Segniensis. *Segna*, gentis Austriæ.
Nonensis. *Nona.*
Pharensis, seu Farensis. *Faro, Lesina.*
Trauriensis. *Tran.*
Sanadriensis. *Sanadria.*
Scardonensis, sub ditione Turcarum.

rum. *Scardona.*

Tiniensis, seu Tininiensis, ibidem. *Tina.*

Sebenicensis per Bonifacium VIII. institutus, à quibusdam additur, & Alminiensis cum Spalatino Archiepisc. vnitus. *Almiza.*

IADERENSIS *Archiepisc.* Zara, *insula Venetorum.* *Huic sunt suffraganei,*

Arbensis. *Arbe*, insula Venetorum.

Veglanensis. *Veglia*, seu Vegia, insula eorumdem.

Ossaronsis. *Ossaro*, insula eorumdem.

CORCYRENSIS *Archiepisc.* Corfu, *insula Venetorum. Huic subsunt Episcopi,*

Cephaloniensis. *Cefalonia*, insula

eorumdem in mari Ionio.
Zacynthi. *Zanie*, insula eorumdem, ibidem.

CRETENSIS, *seu* CANDIENSIS *Archiepisc. in urbe Candiensi residens.*
Candia, *insula Venetorum.*
Huic parent.

Canecnsis. *Canea.*
Retrimensis. *Rettimo.*
Siteensis, seu Sitthiensis. *Sitia.*
Hierapetrensis. *Hierapetra.*
Cheronesensis. *Cheronesso.*
Mellipotamensis. *Mellipotamo.*
Arcadiensis. *Archadia.*
Cissamensis, seu Sicchimensis. *Sicchimo.*

His adde Episcopatum Buduanensem, vulgò *Budos*, Antibarensi olim Archiepisc. in Seruia, & Catharensem Barensi Archiepisc. suffraganeum. Nonnulli adiun

iungunt Curzulensem Episcop. Ragusino Archiepisc. suffraganeum.

CAPVT XII.
De CANDIA, CORCYRO, IADERA, aliisque insulis, VENETORVM.

CANDIA, olim *Creta*, insula maris mediterranei, centum vrbibus quondam claruit, vt prisci scriptores tradunt. Earum circiter quadraginta Plinij ætas nouit: hodie verò, vt Bellonius tradit, tres tantùm alicuius nominis habet, quę sunt CANDIA, Venetorum colonia, vnde insulæ nomen CANEA & RETIMVM. Tempore Leonis Imper. XI. fuêre Episcopatus Cretensi Archiepisc. subiecti, nimirum, *Candia.*

Gortynius, Cnossius Arcadiæ, Cherronesi, Aulopotami, Agrij, Lampensis Cydoniæ, Hierapetræ (sic enim coniunctim legendum, non diuisim) Sitię & Ciscami. Hodie Candiensi Archiepisc. subsunt Episcopatus IX. nimirum Caneensis, Rettimensis, Sittiensis & Hierapetrensis vniti, Cheronesensis, Sicchimiensis, Arcadiensis, & Mellipotamensis: vt ex litteris Alexandri Turriani, Sittiensis & Hierapetrensis Episcopi didicimus. Insulam porrò, quæ tota Venetis hodie paret, egregiè Bellonius *lib. 1. Obseruationum cap. 4. & seqq.* descripsit.

Parent item Venetis CORCYRVS, IADERA, CEPHALONIA, ZACYNTHVS, & aliæ Ionij atque Adriatici maris insulæ: de quarum Episcopis superiore capite egimus.

CAP

Capvt XIII.

De Republicâ Genvensi.

Genua. Genva Liguriæ caput, emporium nobilissimum, ad mare Mediterraneum, Respublica præpotens, aliquando ad Tanaim vsque imperij sui fines produxit. Nam olim Theodosiam, vulgò *Caffam*, Cyprum, Lesbum, & Chium insulas, itémque Peram vrbem Thraciæ, ex opposito Constantinopoleos sitam, possedit. Hodie toti ferè Liguriæ & Corsicæ insulæ imperat. Archiepiscopatum anno 1130. aut 1132. Innocentius II. constituit. De rebus Genuensium scripsere Augustinus Iustinianus, Barthol. Facius, Iacob. Bracellius, Iacobus à Voragine, Paulus Guterianus, Petrus Bizarus, & omnium ele-

gantissimè Ybertus Folieta. Genuenses mercatura & negotiationibus potentissimi, per omnes ferè orbis prouincias magnum sibi nomen ac diuitias compararunt. Genuensi Archiepiscopo suffraganei sunt Episcopi,

Albingaunensis, per Alexandrum III. anno 1179. *Albinga.*

Bobiensis, in Ducatu Mediolanensi, circa annum 1132. *Bobi.*

Brumacensis. *Brignale.*

Naulensis, per Innocentium III. *Noli.*

Mariananensis, in Corsica insula. *Mariana.*

Acciensis, ibidem. *Accia.*

Nebiensis. *Nebio.*

Ceterum sub ditione Genuensi in vniuersum XIII. hodie diœceses existunt, Genuensis, Albingaunensis, Brumacensis, Naulensis, Sauonensis, Intimeliensis, Sarzanensis, Marianensis,

Acci-

Accienſis, Nebienſis, Alerienſis, Sagonenſis & Adiacienſis. Ex his ſex poſteriores ſunt in Corſica inſula: Sauonenſis autem, & Intimelienſis ad prouinciam ſacram Mediolanenſem pertinent: Sarzanenſis verò ad Florentinam ſpectare ſolet; hodie exemta; vt volunt.

CAPVT XIV.

De regno CORSICÆ.

CORSICA Inſula maris Liguſtici, Regio titulo illuſtri ſpectat ad Rempubl. Genuenſem. Iuxta Philippum Ferrarium, in Notis ad Martyrologium Romanum, ſunt in ea hodie ſedes quinque Epiſcopales, Mariana, Aleria, Nebium, Sagona & Adiacium, omnes ſolo æquatæ, præter Adiacium. Præfectus *Corſica.*

ctus insulæ residet Bastiæ; quæ vrbs munita egregiè est; vt & fanum S. Florentij, Caluia, & Bonifacium. Ita Ferrarius. Alij dicunt hodie sex Episcopos in Corsica numerari, Marianensem, Nebiensem, & Acciensem, qui Archiepiscopo Genuensi; Aleriensem, Sagonensem & Adjaciensem, qui Archiepiscopo Pisano sunt suffraganei. Vtramque opinionem facile est conciliare: eò quòd Acciensis sedes, à Ferrario omissa, sit vnita cum Marianensi: vt vir eruditus me monuit.

CAPVT XV.

De MELITA insula.

Malta. MELITA, insula maris Siculi, naufragio D. Pauli nota, sedes est Equitum Ioannitarum seu Rhodiorum: de quibus

bus vide Origines nostras Equestres. In insula vrbs est, quæ Episcopum habet, Panormitano in Sicilia Archiepiscopo suffraganeum.

In eadem vrbe Societas IESV insigne possidet Collegium.

Melitenses porrò Equites perpetuum contra Turcas bellum alunt, & triremibus aliquot egregiè instructis Christiani nominis hostes assiduè lacessunt. De rebus præclarè gestis per Ioannitas, insigne volumen post alios annis superioribus Bosius publicauit.

CAPVT XVI.

HISPANIARVM *status.*

HISPANIA, prima à Romanis tentata quidem, sed vltima prouinciarum subacta, eisdem vsque ad annum salutis *Hispania.*

qua

quadringentesimum decimum paruit. Quo tempore, cùm Imperium iam declinaret, VVandali, Sueui, & Alani, à Gothis ex Gallia pulsi, montes Pyrenæos transierunt, & Hispaniam Romanis ereptam multis annis tenuerunt. Sed Gothi à Francis ex Gallia eiecti, vicissim VVandalos & Alanos eiecerunt, Sueuos autem ad internecionem ceciderunt.

Hispania itaque longo tempore Gothis paruit, à quibus hodieque præcipuæ inter Hispanos nobilium familię originem suam repetunt. Tandem à Saracenis, fretum Herculeum transgressis, miserabili casu occupata est anno Christi DCC. XX. Iuliano Comite Bæticam, cui præfectus erat, prodente, vt iniuriam violatâ filiâ à Roderico Rege acceptam vlcisceretur.

Gothi qui superfuerunt, cùm in Asturum, Cantabrorum & Gallæcorum montes se recepissent, paulatim amissas regiones atque vrbes recupare cœperunt: & postremò cùm Maurorum res vix Bæticæ finibus continerentur, à Ferdinando Magno Rege Catholico victi, atque vniuersâ Hispaniâ anno M. CCCC. XCII. expulsi sunt. Quo quidem anno, & ORBEM NOVVM Hispanis Christophorus Columbus aperuit: ex quo infinitæ opes ac thesauri in Hispaniam sunt adducti.

Auxerunt & Hispanorum potentiam, tot regnorum ac prouinciarum hæreditates, in Ferdinando Aragonio, & Isabella Castellana, itéque in Philippo I. Austriaco, & Ioanna Aragonia, coniunctæ. Nam Philippo natus Carolus, pòst Imperator eo nomine

Quin

Quintus, à patre Austriacarum ac Belgicarum prouinciarum; à matre verò Hispaniæ, maioris Italiæ partis, & Indiæ Occidentalis seu Orbis Noui hæreditatem accepit.

Hispaniæ reliquę Lusitaniam, & Indiæ Occidentali Orientalem Philippus II. Rex Catholicus, Caroli filius, adiecit. Quæ regna vniuersa, tot locorum interuallis dissita, feliciter hodie Philippus III. Rex omnium verè maximus possidet. Vt inter vniuersas Regum Principúmque orbis terrę familias, AVSTRIACA omnium potentissima meritò sit censenda.

Et verò cùm Euangelicam Christi doctrinam in omnes terras, ante sæculorum consummationem, diffundi oporteat, Deus ad hoc potentiæ culmen Austriacos Principes euexit, & in

Hispa

Hiſpania, vltima Europæ ad Occidentem prouincia, noui velut Imperij ſedem collocauit; vt eſſent, qui tam longinquas ac difficiles nauigationes, ad Antipodas, & alio ſole calentes Indos, ſuis opibus ac viribus freti, commodiùs diffunderent.

CAPVT XVII.
Series EPISCOPATVVM HISPANIÆ *vniuerſæ.*

IN Hiſpaniarum regnis, XI. hodie ſedes Metropolitanæ numerantur, Toletana, Burgenſis, Compoſtellana, Hiſpalenſis, Granatenſis, Cæſarauguſtana, Tarraconenſis, Valentina, Bracarenſis, Oliſiponenſis, & Eborenſis.

Toledo. TOLETANO *Archiepisc. & Hispaniarum Primati, Episcopi suffraganei sunt.*

Cordubensis. *Cordoua.*
Segouiensis. *Segouia.*
Conchensis. *Cuenca.*
Seguntinus. *Sequenza*, Academia.
Giennensis. *Iaen.*
Carthaginensis seu Murciensis. *Cartagena, Murcia.*
Vxamensis, seu Oxomensis. *Osma.*
Vallisoletanus anno 1595. per Clementem VIII. institutus. *Valladolid*, Acadamia.

Burgis. BVRGENSI *Archiepiscopo in Castella veteri, per Gregorium XIII. instituto, subsunt,*

Pompelonensis, *Pamplona*, regni Nauarræ caput.

Cala

Calagurritanus ad Ebrum fl. *Calagorra.*

Palentinus Episcop. & Comes Perniæ. *Palencia.*

COMPOSTELLANO *Archiepisc. in Galæcia, per Calixtum II. anno 1124. constituto, suffragantur Episcopi,* *Santiago.*

Salmanticensis. *Salamanca,* Academia anno 1240. instituta.

Abulensis. *Auila,* patria B. Teresiæ Virg.

Placentinus. *Plazençia.*

Lucensis. *Lugo.*

Asturicensis. *Astorga.*

Zamorensis, per Calixtum II. circa annum 1119. *Zamora.*

Auriensis siue Orensis. *Orense.*

Tudensis. *Tuy.*

Pacensis. *Badaios.*

Mindoniensis. *Mondonedo.*

Cauria. *Coria*, Marchionatus generis Toletanæ.

Ciuitatis Roderici. *Ciuità Rodrigo.*

*Legionensis, exemtus. *Leon.*

*Ouetensis, olim ius metropoliticum habuit. *Ouiedo.*

Seuilla. HISPALENSI *Archiepisc. in Bætica, subiecti sunt Episcopi,*

Guadicensis olim Accitanus. *Guadix.*

Gaditanus. *Cadiz* peninsula.

Canariensis. *Canarias islas.*

Granada. GRANATENSI *Archiepisc. per Alexandrum VI. instituto, subsunt Episcopi,*

Malacitanus. *Malaga.*

Almeriensis. *Almeria.*

CÆSAR

CÆSARAVGVSTANO *Archiepiscopo in Aragonia, per Ioannem XXII. anno 1316. creato, suffraganei sunt,* *Caragoza.*

Oscensis. *Huesca*, Academia vetustissima.
Iacensis circa annum 1009. *Iaca.*
Barbastrensis circa annum 1102. *Barbastro.*
Turiasonensis. *Tarazona.*
Terulensis. *Terocl.*
Albarracinensis. *Albarazin.*

TARRACONENSI *Archiepisc. in Catalonia, suffragantur Episcopi,* *Tarragona.*

Dertusanus. *Tortosa.*
Ilerdensis. *Lerida*, Academia.
Barcinonensis. *Barcelona*, Academia.
Vicensis siue Ausonensis. *Vich.*

Gerun

Gerundensis. *Girona.*
Vrgellensis siue Vrgelitanus. *Vrgel.*
Elnensis siue Helenensis. *Elna.*
Celsonensis. *Solsona.*
Perpinianensis, per Paulum V. *Perpinian.*

Valencia. VALENTINO *Archiepisc. per Innocentium VIII. anno designato, subsunt,*

Segobricensis. *Segorue.*
Oriolanus, per Iulium II. anno 1513. *Orihuela.*
Maioricensis, circa annum 1230. *Mallorca* insula.

Braga. BEACANENSI *Archiepisc. in Lusitana, suffraganei sunt,*

Portuensis seu Portucalensis *Porto.*

Visceen

Viſeenſis. *Viſeo.*

Guardienſis, olim Igæditanus. *Guardia.*

Lamecenſis. *Lamego.*

Mirandenſis, per Paulum III. *Miranda.*

Lerienſis, per Paulum III. *Leyra.*

OLISIPONENSI *Archiepiſcopo, per Bonifacium IX. anno 1390. conſtituto, ſubſunt Epiſcopi,* *Lisbona.*

Conimbricenſis Epiſcopus & Comes Arganilij. *Coymbra,* Academia, anno 1557. inſtituta.

Portalegrenſis, per Paulum III. *Portalegre.*

Septenſis in Africa. *Ceuta.*

Maderenſis, ſiue Funchalenſis. *Funchal,* in inſula Madera.

Tercerenſis ſiue Angrenſis. *Angra,* in inſula Tercera.

Congenſis in regno & vrbe Con-

go, ad oram Africæ. *Congo.*
Capitis viridis, in insula & vrbe S. Iacobi, *Cabo Verde, Sant Yago.*
S. Thomæ, in insula & vrbe S. Thomæ, sub linea Æquinoctiali, ex opposito Guineæ. *San Thomè.*
Brasiliensis, in vrbe S. Saluatoris, ad Bahiam omnium Sanctorum. *Brasil, Baya de todos Santos.*

Euora. EBORENSI *Archiepiscopo per Paulum III. anno 1540. creato, subsunt Episcopi,*

Siluensis siue Algarbiensis, in vrbe Pharo. *Silues, Faro.*
Albensis. *Eluas.*
Tingensis seu Tingitanus in Africa cum Septensi vnitus. *Tanger.*
Ceterùm anno 1523. Hadrianus VI.

VI. Papa, natione Belga, Regibus Hiſpaniæ fecit poteſtatem legendi Epiſcopos ac pręſentandi: vt Ioannes Mariana tradit in Auctario ſuo ad Hiſpaniæ hiſtoriam.

CAPVT XVIII.

De ORDINVM MILITARIVM apud HISPANOS occaſione & ſucceſſu.

EO tempore, quo Hiſpania, maxima ex parte, erat ſub Arabum poteſtate & imperio conſtituta, cùm eſſet perpetuum inter illos & Chriſtianos bellum, ſine vllo firmo & ſtabili induciarum fœdere, fuerunt quidam viri nobiles, non magis virtute, quàm religione præcellentes, qui

vouebant se pro Christi gloria, quamdiu vires suppeterent, summa contentione pugnaturos. Quod vt multo alacriùs facerent, & vt commodiùs ad cœlum viam munirent, à nuptiis abstinebant. Horum vita partim in armorum exercitatione consumebatur. Tantúsque erat in illis ardor animorum, vt eos beatissimos iudicarent, qui in bellis pro defensione Reipubl. & Christi sanctissima religione susceptis occumberent. Horum exemplum cùm multi sequerentur, fuerunt varij militares Ordines instituti, à Regibus multis beneficiis ornati, & à Pontificibus Maximis approbati: ex quibus multi viri prodiêre, quorum virtute Mauri sæpissimè cum magna Christiani nominis gloria, fusi fugatique sunt. Erant autem omnes signo Crucis, rubro aut

viri

viridi, vestibus assuto, secundùm pectus insigniti.

Ex his fuêre militares Ordines S. IACOBI, ALCANTARÆ, CALATRAVÆ, CHRISTI, AVISII, & alij: de quibus fusè egimus libello peculiari. *Ord. militares.*

Ceterùm Hadrianus VI. Papa anno 1523. concessit, vt trium Ordinum equestrium, videlicet S. Iacobi, Alcantaræ & Calatrauæ, Præfectura, ab aliis Pontificibus concessa, deinceps Castellæ Regibus propria perpetuaque esset.

CAPVT XIX.

COLLEGIA *Societatis* IESV *in* HISPANIA.

IN vniuersis Hispaniarum regnis Societas IESV quinque Prouincias habet, quas vnà cum

ſingularum Collegiis operæpretium hîc fuerit ob oculos ponere, quòd ex iis potiſſimùm deſumti fuerint, hodiéque deſumantur præcones Euangelici, ad Chriſti doctrinam, per vtramque Indiam, longè latéque diſſeminandam.

Prouincia TOLETANA.

Toleti	Domus Profeſſa. / Coll. Toletanum.	*Toledo.*
Madrid	Col. Madritanum. / Dom. Probation.	*Madrid.*
Colleg. Complutenſe.		*Alcalà.*
Colleg. Ocanienſe.		*Ocaña.*
Colleg. Placentinum.		*Plaſençia.*
Colleg. Conchenſe.		*Cuenca.*
Colleg. Belmontenſe.		*Belmonte.*
Colleg. Murcianum.		*Murcia.*
Colleg. Carauacenſe.		*Carauaca.*
Colleg. Seguritanum.		*Segura.*
Colleg. Huetenſe.		*Huete.*

Col

Colleg. Talabricense. *Talauera.*
Colleg. Oropesanum. *Oropesa.*
Domus Probationis Villaregiensis. *Villareio.*
Colleg. Almagrense. *Almagro.*
Colleg. S. Clementis. *S. Clemente.*
Colleg. Almonozilense. *Almonozil.*
Residentia Naualcarnerensis. *Naualcarnero.*
Residentia Iesu Montani. *Iesus del monte.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 570.)

Prouincia CASTELLANA.

Vallisoleti { Domus Professa. Colleg. Vallisoletan. Colleg. Anglicanum. } *Valladolid.*

Salmanticæ { Col. Salamanticense. Col. Hybernorum. } *Salamãca.*

Colleg. Burgenſe. *Burgos.*
Colleg. Metinenſe. *Medina.*
Domus Probation. Villagarcienſis. *Villagarcia.*
Colleg. Segobienſe. *Segouia.*
Colleg. Abulenſe. *Auila.*
Colleg. Palentinum. *Palencia.*
Compoſtellæ { Col. Compoſtellanum. Colleg. Hybernorum. } *Sant Yago.*
Colleg. Pompilonenſe. *Pamplona.*
Colleg. Legionenſe. *Leon.*
Colleg. Lucronienſe. *Logroño.*
Colleg. Ouetenſe. *Ouiedo.*
Colleg. Numantinum. *Soria.*
Colleg. Santanderenſe. *Santander.*
Colleg. Montis regalis. *Monterey.*
Colleg. Monfortenſe. *Monforte.*
Colleg. Areualenſe. *Areualo.*
Colleg. Vergarenſe. *Vergara.*
Colleg. Tudelanum. *Tudela.*
Colleg. Bilbaenſe. *Bilbao.*

Colleg. Bellimarense. *Bellimar.*
Colleg. Vill. Fran. Gal. *Villa Franca de Galitia.*
Residentia Azcoitana. *Azcoitia.*
(Sunt in hac Prouincia Socij 613.)

Prouincia ARAGONENSIS.

Valentiæ { Domus Professa. / Coll. Valentinum. } *Valencia.*
Colleg. Barcinonense. *Barcelona.*
Colleg. Cæsaraugustanum. *Caragoça.*
Colleg. Maioricense. *Mallorca.*
Colleg. Gerundense. *Girona.*
Colleg. Gandiense. *Gandia.*
Colleg. Bilbilitanum. *Calataiyud.*
Colleg. Tarasonense. *Taraçona.*
Colleg. Vrgellense. *Vrgel.*
Colleg. Oscanum. *Huesca.*
Domus Probationis Tarracon. *Tarragona.*

Colleg. Ilerdense. *Lerida.*
Colleg. Perpinianense.. *Perpiñan.*
(Sunt in hac Prouincia
Socij 390.)

Prouincia BÆTICA.

Hispali { Domus Professa. | Coll. Hispalense. | Dom. Probation. | Coll. Anglicanũ. | Col. Studia repet. } *Seuilla.*

Colleg. Triguerense. *Trigueros.*
Colleg. Gaditanum. *Cadiz.*
Colleg. Marcenense. *Marchena.*
Colleg. Cordubense. *Cordoua.*
Colleg. Granatense. *Granada.*
Baezæ { Colleg. Baezanum. | Dom. Probationis. } *Baeca.*
Colleg. Malacense. *Malaga.*
Colleg. Xerense. *Xerez.*
Colleg. Cazorlanum. *Caçorla.*
Colleg. Vbedanum. *Vbeda.*
Colleg. Astigitanum. *Eziia.*

Col

Colleg. Guadixense. *Guadix.*
Colleg. Frexenalense. *Freienal.*
Colleg. Montellanum. *Montilla.*
Colleg. Antiqueranum. *Antequera.*
Colleg. Ossunense. *Ossuna,*
Colleg. Anduxarense. *Anduxar,*
Residentia Giennensis. *Iaen.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 600.)

Prouincia LVSITANIÆ.

Olisipone	Domus Professa. Colleg. S. Antonij. Domus Probat.	*Lisbona.*

Colleg. Conimbricense. *Coimbra.*
Colleg. Eborense. *Euora.*
Colleg. Portuense. *Porto.*
Colleg. Bracarense. *Braga.*
Colleg. Brigantinum. *Braganza.*
Colleg. Pharense. *Pharo.*
Domus Professa Villauicosæ. *Villauiçosa.*

Colleg. Portalegrense. *Portalegre.*
Colleg. Funchalense. *Madeira.*
Colleg. Angrense. *Angra.*
Colleg. S. Michaëlis. *San Miguel.*
Residentia S. Felicis. *San Fins.*
Residentia Canalensis. *Canal.*
Domus in Regno Angolæ. *Angola.*
Residentia in Insulis Hesperidum. *Cabo Verde,*
(Sunt in hac Prouincia Socij 680.)

CAPVT XX.

Baleares insulæ. **De BALEARIBVS *insulis*, *in* MARI MEDITERRANEO.**

BALEARES insulæ, hodie *Maiorica.* MAIORICA & MINORICA, *Minorica.* Mauris anno 1229. ereptæ, Regi Catholico parent. In Maiorica est vrbs eiusdem nominis,

nis, cui datus est Episcopus iisdem temporibus. Fuit ea Raimundi Lulli patria, qui à Mauris in Africa anno 1301. ob religionem cæsus, atque in vrbem patriam relatus, magnam à populis habet venerationem. In Academia Maioricensi, idémque Barcinonensi libri eiusdem Lulli hodieque explicantur. Marianam rerum Hisp. lib. 15. cap. 4. & lib. 12. cap. 14. consule.

In vrbe Maiorica Iacobus Rex, insulæ victor, insigne XXX. Canonicorum Collegium, in honorem Deiparæ fundauit, ibidem conditus.

CAPVT XXI.

CANARIÆ, HESPERIDES, & AZORES insulæ in OCEANO.

Canaria. CANARIA, vna ex Fortunatis insulis, Ptolemæo & Plinio, lib. 6. cap. 32. nota, sic dicta est à magnorum canum multitudine ingenti. Hodie omnes illæ insulæ, quas veteres *Fortunatas* dixerunt, vno nomine Canariæ dicuntur. Patrum memoriâ, Melchior Canus harum insularum Antistes fuit, libro de locis Theologicis conscripto celebris. Primum Canariensibus Episcopum nomine Alfonsum Berramedium, ex ordine Minorum, anno 1404. Benedictus XIII. dedit: éstque Valentino Archiepiscopo suffraganeus. Iacent autem

tem Canariæ insulæ, numero septem, in mari Atlantico, ab Occasu ad Ortum, ordine porrectæ, à media cœli linea septimo & vicesimo gradu distantes, à Castellanis circa annum 1346. detectæ. Quæ maxima est, Canaria vocatur, inde ceteris eadem facta appellatio.

Hesperides.
HESPERIDES insulæ, vulgò *Capitis Viridis*, à Lusitanis detectæ, habent Episcopum in insula & vrbe S. Iacobi residentem, Olisiponensi Archiep. suffraganeum: habent item Collegium Soc. IESV ibidem.

Azores.
AZORES insulæ, à Flandris primùm detectæ, indéque FLANDRICÆ sunt nuncupatæ, pòst à Lusitanis occupatæ. Ex iis vna vocatur TERTIA, vulgò *Tercera*: in cuius vrbe Angra residet Episcopus, Olisiponensi Archiepisc. suffraganeus. In eadem vrbe

Socie-

Societas IESV Collegium habet, & alterum in S. Michaëlis insula vicina.

Madera. Haut procul à Canariis insulis iacet insula MADERA, à Lusitanis pariter occupata & inhabitata: in cuius oppido Funchalensi itidem Episcopus residet, Olisiponensi Archiepisc. suffraganeus, habétque Societas IESV Collegium ibidem.

CAPVT XXII.

Regni GALLIARVM status.

Gallia. PVLSIS è Gallia Romanis, fugatísque Gothis & aliis barbaris, Franci, Sicambrorum ad Rhenum proles, florentissimum in ea regnum condiderunt. Primus ex Francorum Regibus CLODOVEVS cùm ad

Tol

Tolbiacum (vicus eſt in finibus Agrippinenſium, *Zulpich* hodie) inſignem contra Alemannos victoriam obtinuiſſet, Chriſti ſacra amplexus, & à S. Remigio Rhemorum Archiepiſcopo fonte ſalutifero eſt ablutus.

Ab eo tempore ſtatus Galliarum manſit monarchus: quę forma regiminis optima cenſetur. Rex autem in Gallia naſcitur, non ſuffragiis deſignatur, vt in Polonia, & alibi. Ad regni ſucceſſionem non niſi ſexus maſculinus admittitur; fœminis prorſus excluſis, iuxta legem Salicam, vt perhibent.

De Rege Galliarum duo memoranda, Villanouanus, Maſſonus, & alij rerum Gallicarum ſcriptores tradunt: prius, in Eccleſia Rhemenſi vaſculum eſſe (AMPVLLAM SACRAM vulgò nuncupant) chriſmate perenni

ni redundans, ad Regis vnctionem, tempore Clodouei I. Regis Christiani, cœlitùs demissum: alterum, strumas, seu scrofulas à Rege ipso curari solo contactu.

Regem, in regni possessionem, mittendi ius esse solet penes XII. PARES FRANCIÆ quorum sex ECCLESIASTICI, & totidem vulgò LAICI nuncupantur.

Ecclesiastici PARES FRANCIÆ.

Rhemensis Archiepiscopus Laudunensis Episcopus Lingonensis Episcopus	Duces.
Catalaunensis Episcopus Nouiomensis Episcopus Bellouacensis Episcopus	Comites.

Laici

Laici PARES FRANCIÆ.

Burgundiæ Normanniæ Aquitaniæ	Duces.
Flandriæ Campaniæ Tolosæ	Comites.

Ad Rhemensem Archiepisc. spectat ius Regem inungendi: qui, cum aliis Ecclesiasticis, hodiéque perstat.

CAPUT XXIII.

Catalogus EPISCOPATUUM *regni* GALLIÆ.

IN Gallia, quà Francia est, & Regi Christianissimo paret, numerantur diœceses centum & septemdecim: in quibus sunt CIII. Episcopatus, & XIV. Archie-

chiepiſcopatus. Res tota fiet clarior, ſyllabo ſeu tabulâ ante oculos poſitâ.

LVGDVNENSIS *Archiepiſc. & Primas, ad Rhodanum fluuium.* Lion. *Huic ſuffraganei ſunt Epiſcopi IV.*

Auguſtodunenſis, ſeu Eduenſis. *Auſtun.*

Lingonenſis Epiſcop. & Dux par Franciæ. *Langres.*

Matiſconenſis. *Maſcon.*

Cabillonenſis. *Challon ſur Saone.*

ROTHOMAGENSIS *Archiepiſc. in Normannia, ad Sequanam fl.* Roüen. *ſuffraganei ſunt,*

Baiocenſis. *Baieux.*

Abrincantenſis. *Aurenches.*

Ebroicenſis. *Eureux.*

Seien

Saiensis, vulgò Sagiensis. *Sais, Sees.*

Lexouiensis Episcop. & Comes. *Lizieux.*

Constantiensis. *Constances.*

TVRONENSIS *Archiepisc. ad Ligerim fl.* Tours. *Huic subsunt Episcopi,*

Cenomanensis. *Mans.*

Redonensis. *Renes*, sedes Parlamenti Britanniæ.

Andegauensis. *Angers*, Academia, & Ducatus tertiogeniti Regis Franciæ.

Nannetensis ad ostium Ligeris. *Nantes*, Academia.

Curosopitensis. *Cornouaille.*

Venetensis. *Vannes.*

Leonensis. *Leon*, Principatus.

Trecorensis, seu Tricoriensis. *Triquier.*

Briocensis. *Sainct Brieu.*

Maclo

Maclouiensis. *Sainct Malo.*
* Dolensis, habet ius Pallij. *Dol.*

SENONENSIS *Archiepisc.* Sens. *Suffragantur huic,*

Carnutensis. *Chartres.*
Autissiodorensis. *Auxerre.*
Trecensis. *Trois.*
Aurelianensis ad Ligerim fl. *Orleans*, Academia, & Ducatus secundogeniti Regis Galliæ.
Parisiensis ad Sequanam. *Paris*, Academia vetustissima & Sedes Regum ac Parlamenti.
Meldensis. *Meaux.*
Niuernensis. *Neuers*, Ducatus gentis Gonzagæ.

RHEMENSIS *Archiepisc. & Dux, primus Par Franciæ.* Reins en Champaigne. *Huic parent Episc.*

Suessionensis. *Soissons*, Comitatus gentis

gentis Borboniæ.
Catalaunensis Episc. & Comes Par Franciæ. *Challon.*
Laudunensis Episcop. & Dux Par Franciæ. *Laon.*
Siluanectensis. *Senlis.*
Bellouacensis Episc.& Comes Par Franciæ. *Beauuais.*
Ambianensis in Picardia. *Amiens.*
Nouiomensis Episc.& Comes Par Franciæ. *Noyon.*
Bolonıensis. *Bouloigne sur mer.*

BITVRICENSIS *Archiepisc. & Patriarcha, Aquitaniæ Primus.* Bourges, *Academia. Huic sunt suffraganei,*

Claromontensis. *Clermon en Auuergne.*
Rutenensis. *Rodes.*
Albigensis, siue Albiensis Episc. &

& Dominus. *Albij en Languedoc.*

Cadurcensis Episc. Baro & Comes per Ioannem XXII. *Caors en Quercy.*

Lemouicensis. *Limoges.*

Mimatensis. *Mende.*

Aniciensis, seu Podiensis. *Le Puy en Velay.*

Castrensis, per Ioannem XXII. *Castres.*

Vabrincensis, per eumdem. *Vabres.*

Tutelensis, per eumdem. *Tulle.*

S. Flori, per eumdem. *S. Flour.*

BVRDIGALENSIS *Archiepisc. ad Garumnam fl.* Bourdeaux.

Aginnensis. *Agen.*

Engolismensis. *Engoulesme.*

Santonensis. *Santonge, Saintes.*

Pictauensis. *Poitiers*, Academia.

Pectra

Petracoricensis, *Perigeux.*
Condoniensis, per Ioannem XXII. *Condom.*
Malleacensis, per eumdem. *Maillezais.*
Lucionensis, per eumdem. *Luzon.*
Sarlatensis, per eumdem. *Sarlat.*

AVSCENSIS *Archiepisc.* Auch.

Aquensis. *Aqs.*
Lectorensis. *Letoure.*
Conuenensis. *S. Bertrand de Comenge.*
Consaranensis. *S. Legier de Conserans.*
Aturensis. *Aire.*
Vasatensis. *Basas.*
Tarbiensis. *Tarbe de Bigorre.*
Oleronensis, in Benearnia. *Oleron en Bearn.*
Lascariensis, ibidem. *Lescar.*

Baionenſis. *Baonne.*

NARBONENSIS *Archie- piſc.* Narbonne.

Biterenſis. *Beziers.*
Agathenſis. *Agde.*
Carcaſſonenſis. *Carcaſſone.*
Nemauſenſis. *Niſmes*, Academia.
Luteuenſis, per Ioannem XXII. *Lodeue.*
S. Pontij Tomeriarum. *S. Pont de Tomiers.*
Alectenſis, per Ioannem XXII. *Alet.*
Magalonenſis olim, nunc Montis Peſſulani. *Maguelone, Monpelier*, Academia.
Vceticenſis. *Vzes.*

AQVENSIS *Archiepiſcop.* Aix en Prouence.

Reienſis. *Ries.*
Aptenſis. *Apt.*

Foro-

Foro-Iulienſis Epiſcopus & Dominus. *Freius.*

Vapincenſis. *Gap.*

Ciſtaricenſis, ſeu Ceſteronenſis. *Ciſteron.*

V I E N N E N S I S *Archiepiſc.* Vienne.

Geneuenſis, in Sabaudiæ oppido Aneſſiaco nunc reſidet. *Geneue. Aneſſy.*

Gratianopolitanus Epiſcopus & Princeps. *Grenoble.*

Viuarienſis. *Viuiers.*

Dienſis, ſeu Deenſis. *Die*, Academia.

Valentinus Epiſcop. & Comes. *Valence*, Academia.

Maurianenſis, in ditione Ducis Sabaudiæ. *S. Iean de Maurienne.*

EBRODVNENSIS *Archiepisc.* Embrun.

Diniensis. *Digne.*
Grassensis. *Grasse.*
Venciensis. *Vence.*
Senetensis. *Senez.*
Glandeuensis. *Clandeuez.*
Nicæensis, in ditione Sabaudiæ. *Nice.*

ARELATENSIS *Archiepisc.* Arles.

Massiliensis ad mare Mediterraneum. *Marseille.*
Tricastinensis. *S. Paul de Tricastin.*
Tolonensis. *Tolon.*
Arausionensis. *Orange,* Principatus gentis Nassauiæ, Academia, & sedes Parlamenti.

TOLO

TOLOSANVS *Archiepisc. per Ioannem XXII. anno 1316.* Tolose, *Academia.*

Apamiensis, per Bonifacium VIII. anno 1296. *Pasmies.*
Montis Albani, per Ioannem XXII. *Montaulban.*
Mirapicensis, per eumdem. *Mirepoix.*
Vaurensis, per eumdem. *La Vaur.*
Riuensis, per eumdem. *Rieux.*
Lombariensis, per eumd. *Lombes.*
S. Papuli, per eumdem. *S. Papoul.*

Ceterùm ex Episcopatibus hactenus commemoratis quatuor, nimirum MAVRIANENSIS, GENEVENSIS, NICÆENSIS, & ARAVSIONENSIS non pertinent ad ditionem Regis Galliæ. Quorum loco adde METENSEM, TVLLENSEM, VIRDVNENSEM & BELLI-

CENSEM Episcopatus:& reperies sub ditione Regis Franciæ Episcopatus centum & tres, Archiepiscopatus autem quattuordecim, vt suprà diximus. Quæ quidem diœceses omnes per Pręsules Catholicos reguntur atque administrantur.

Episcopos porrò nominandi ius primus Rex Franciscus à Leone X. obtinuit: vt ex Concordatis à Concil. Lateranensi approbatis constat, quæ idem Rex anno 1517. acceptauit. Nam Christi Vicariis (qui moderandis & dispensandis Ecclesiæ thesauris sunt præpositi) licet in potestatis suæ partem aliquos, puta Reges bene de Ecclesia meritos, adoptare. Vide Richeomum contra Actiones Forenses Seruini cap. 15.

CAPVT

CAPVT XXIV.

De Religiosis in GALLIA *ordinibus, itémque militaribus.*

IN orbe Christiano non est regnum, quod plura, eaque illustria suo ambitu contineat Archicœnobia, seu Ordinum ac Congregationum religiosarum capita: quæ Galli *Chefs d' ordres* nuncupant. Sunt in his Cluniacum, Grandis Mons, Cartusia Maior, Cistercium, Vallis Caulium, Præmonstratum, Ceruus Frigidus, Vallis Scholarium, & Fons Ebraldi.

CLVNIACENSEM ordinem ac monasterium, in diœcesi Matisconensi, anno 910. fundauit B. Berno Abbas, opibus Guilielmi Aquitaniæ Ducis. *Ord. relig.*

GRANDEM MONTEM in diœcesi Lemouicensi fundauit S. Stephanus, qui anno 1126. viuere desiit.

CARTVSIA MAIOR, in diœcesi Gratianopolitana anno 1084. excitata est à S. Brunone Coloniensi.

CISTERCIVM in diœcesi Cabilonensi anno 1098. instituit S. Robertus Abbas Molismensis: & ordinem mirificè propagauit S. Bernardus Abbas Claræ Vallis.

Anno milleno centeno bis quoque deno,
Sub Patre Roberto cœpit Cistercius ordo.

VALLIS CAVLIVM prope Diuionem sita, ordinem seruat S. Benedicti, ac veneratur.

PRÆMONSTRATVM in diœcesi Laudunensi condidit S. Norbertus ciuis & Canonicus

Xan

Xantensis, quod est oppidum Ducatus Cliuiæ & diœcesis Coloniensis.

Anno milleno centeno bis quoque deno,
Sub Patre Norberto fundatur candidus ordo.

Monasterium CERVI FRIGIDI, in diœcesi Meldensi, quod est caput ordinis S. Trinitatis de Redemtione captiuorum, anno 1136. excitauit B. Ioannes Matha, Doctor Theologus Parisiensis, qui anno 1213. Romæ obiit, in monte Cœlio conditus.

Milleno ducenteno quatter quoque deno,
In Ceruo Gelido Triadis fit primitus ordo.

Inscriptio sepulcralis B. Ioannis Mathæ, quę hodieque legitur Romæ, exordia ordinis refert ad annum 1136.

VALLIS SCHOLARIVM, in Campania regni Galliæ prouincia, fundatorem agnoſcit B. Guilielmum natione Anglum, qui Pariſiis antea Scholaris fuerat. Ordinem anno 1218. ſub regula S. Auguſtini confirmauit Honorius III. Papa.

FONS EBRALDI in diœceſi Pictauienſi, ſub regula S. Benedicti, fundabatur à B. Roberto Bleſelio Pariſienſi, qui anno 1117. viuere deſiit: teſte Baronio in Annalibus.

Ordo HOSPITALARIORVM S. ANTONII, fundatus eſt à Gaſtone viro nobili, eiúſque filio Girondo, circa annum 1121. apud Motam diœceſis Viennenſis in Gallia oppidum, quod hodie S. Antonij dicitur, à corpore S. Antonij eò allati ex vrbe Conſtantinopolitana per Iocelinum, caſtri Albenciani & Motæ dominum,

num. Caput ordinis est Antoniana apud Motenses Abbatia, quam Bonifacius VIII. anno 1297. ex Prioratu ad dignitatem Abbatialem euexit, amotis monachis Benedictinis.

Ordo CHARITATIS NOSTRÆ DOMINÆ, circa annum 1300. in Gallia est incohatus: cuius ordinis caput ibidem existit.

Congregatio FVLIENSIS, seu S. BERNARDI DE POENITENTIA, quæ est monachorum reformatorum ordin. CISTERCIENSIS, initium sumsit in diœcesi Riuensi, per Ioannem Barrerium, Abbatem Fuliensem, qui anno 1600. Romæ obiit.

S. Guilielmus Aquitaniæ Dux fundauit ordinem GVILIELMITARVM, sub regula S. Benedicti militantem, in Stabulo Rhodis: quod monasterium in

diœcesi Grossetana, sub ditione Senensi situm in Italia, fuit olim ordinis Guillielmitarum caput; hodie ab Eremitis Augustinianis possidetur.

Hactenus de monasticis in Gallia ordinibus. Vt de militaribus aliquid addam, florent hodie in Gallia ordines Equitum S. SPIRITVS & S. MICHAELIS, quos inter longè eminet prior, ab Henrico III. Rege institutus. Adsurgit item ordo Equitum S. MARIÆ DE MONTE CARMELO, & S. LAZARI, à Paulo V. Papa approbatus.

Ord. militares.

De his ordinibus plura qui volet, Origines nostras Monasticas & Equestres consulat.

CAPVT

CAPVT XXV.

COLLEGIA *Societatis* IESV *in* GALLIA.

SI vſpiam alibi, in Gallia præclaram certè operam præſtat Societas IESV, in ſeductis ad viam veritatis, gremiúmque Eccleſiæ reducendis. Ipſi autem in Gallia ſunt Prouinciæ quinque.

Prouincia FRANCIÆ.

Pariſiis { Domus Profeſſa. / Coll. Claramont. / Domus Probat. / Reſid. Pontiſarenſis. } *Paris.*

Colleg. Flexienſe. *La Flesche.*
Colleg. Bituricenſe. *Bourges.*
Colleg. Niuernenſe. *Neuers.*
Colleg. Augenſe. *Eu.*
Rothomagi { Col. Rothomagēſe. / Dom. Probationis. } *Roüen.*

Colleg.

Colleg. Molinense. *Moulins.*
Colleg. Ambianense. *Amiens.*
Colleg. Cadomense. *Caen.*
Resident. Constantinop. *Constantinople.*

Prouincia AQVITANIÆ.

Burdigalę { Col. Burdigalẽse. Dom. Probation. } *Bourdeaux.*
Residentia S. Macarij. *S. Macaire.*
Colleg. Agimense. *Agen.*
Colleg. Petrocoricẽse. *Perigueux.*
Colleg. Lemouicense. *Limoges.*
Colleg. Pictauense. *Poictiers.*
Colleg. Xantonense. *Xainctes.*
Colleg. Redonense. *Renes.*
Residentia Bearnensis. *Bearn.*
(Sunt in hac Prouincia Socij 280.)

Prouincia LVGDVNENSIS.

Lugduni { Coll. Lugdunense. Dom. Probationis. } *Lion.*

Aueni0

Aue- { Colleg. Auenion. } *Aui-*
nione { Domus Probat. } *gnon.*
Colleg. Turnonense. *Tournon.*
Colleg. Camberiense. *Chambery.*
Colleg. Dolanum. *Dole.*
Colleg. Bisuntinum. *Bezançon.*
Colleg. Viennense. *Vienne.*
Colleg. Ebredunense. *Ambrun.*
Colleg. Carpentoractense. *Carpentras.*
Colleg. Roannense. *Roane.*
Colleg. Vesulanum. *Vesoul.*
Colleg. Sisteronense. *Sisteron.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 470.)

Prouincia TOLOSANA.

To- { Colleg. Tolosanum. } *To-*
losæ { Domus Probation. } *lose.*
Colleg. Billomense. *Bilom.*
Colleg. Mauriacense. *Mauriac.*
Colleg. Ruthenense. *Rodès.*
Colleg. Ausçitanum. *Auchs.*

Colleg. Aniciense. *Le Puy.*
Colleg. Biterrense. *Beziers.*
Colleg. Cadurcense. *Caors.*
Colleg. Albenacense. *Aubenas.*
Colleg. Carcassonense. *Carcassone.*
(Sunt in hac Prouincia
Socij 310.)

Prouincia CAMPANIÆ.

Colleg. Mussipontanum. *Pontamousson.*
Colleg. Rhemense. *Reims.*
Colleg. Virdunense. *Verdun.*
Colleg. Diuinionense. *Dijon.*
Nancæij { Coll. Nancæianum. / Domus Probat. } *Nancy.*
Colleg. Carolopolitanum. *Charle-ville.*
Colleg. Augustodunense. *Austun.*
Colleg. Catalaunense. *Chalon.*
Residentia Barrensis. *Barleduc.*

(Sunt in hac Prouincia
Socij 226.)

CAP

CAPVT XXVI.

De Comitatu AVENIONENSI.

HACTENVS de Gallia, quà Francia est, & Regi Christianissimo paret. Ordo postulat, vt de prouinciis vicinis quidem, sed à Francorum ditione separatis, quæque aliorum sunt Principum, nunc agamus.

Pontificis Romani est COMITATVS AVENIONENSIS: cuius metropolis AVENIO, per LXX. annos Pontificibus Romanis in Gallia agentibus sedem præbuit. *Aunionenf. Comitatus.*

Sunt in hoc Comitatu quattuor diœceses, vnus nimirum Archiepiscopatus, & tres Episcopatus eidem suffragantes.

Carpentoractensis. *Carpentras.*

Caba

Cabalionensis. *Caballon.*
Vasionensis. *Vaison.*

CAPVT XXVII.

De SABAVDIÆ Ducatu, & PEDEMONTII Principatu.

Sabaudia. SABAVDIA, varios olim Dominos Principésque nacta, hoc tempore imperium agnoscit Ducum, qui & Principes Pedemontani existunt. Primus ex Comite Dux Sabaudiæ anno 1416. à Sigismundo Imper. creatus fuit AMADEVS VIII. qui postea Felix V. Antipapa à Concilio Basileensi salutatus, relicto demum Antipapatu, Ripaliæ anno 1452. ad lacum Lemanum obiit.

Est in Sabaudia Archiepisc. Tarentasiensis, in Musterio vrbe resi

residens; cui suffragantur Episcopi, Augustanus & Sedunensis, apud Rhætos.

Pedemontani Principatus metropolis est TAVRINVM, Sabaudiæ Ducum sedes, Academia, & Archiepiscopatus, cui suffraganei sunt Episcopatus, Eporediensis, Montis Regalis, & Fossanensis. Ad eandem prouinciam spectat Episcopatus Salutiensis, exemtus à iurisdictione Archiepiscopali, vulgò *Saluze*: qui Marchionatus olim Regis Galliæ, nunc Ducis est Sabaudiæ. *Taurinum.*

Præter Episcopos iam commemoratos, resident item in ditione Ducis Sabaudiæ, Maurianensis, Geneuensis, Nicæensis, Vercellensis & Astensis Episcopi.

Ceterùm Dux Sabaudiæ duobus Ordinibus militaribus præest, nimirum VIRGINIS ANNVN- *Ord. milit.*

NVN

NVNCIATÆ, & SS. MAVRITII & LAZARI: de quibus vide Origines nostras Equestres. Tutelaris Sabaudiæ patronus habetur S. Mauritius, de quo infrà, cap. 37.

CAPVT XXVIII.

De LOTHARINGIÆ Ducatu.

Lotharingia. LOTHARINGIÆ (quæ olim Regni, nunc Ducatus titulo gaudet) metropolis est NANCEIVM, duplex oppidum, Ducum ac Senatus sedes. Dignitate sequitur MVSSIPONS, oppidum Academiâ celebre, quam Patres Societatis IESV moderantur. Tertium locum obtinet FANVM S. NICOLAI, municipium amplissimum: in cuius templo adseruatur ex D. Nicolai Myre

Nancy.

Pontamousson.

S. Nicola.

Myreensis Episcopi manu Articulus vnus, inclusus auro, multis gemmis interstincto. Vnde huius loci nata primùm amplitudo, piis aduenis vndique confluentibus.

Lotharingia variis Episcopis in spiritualibus subest: quos intersunt, Metensis, Tullensis & Virdunensis. Eas vrbes olim Imperiales Henricus II. Galliæ Rex in suam redegit potestatem.

CAPVT XXIX.

De Principatu ARAVSIONENSI.

PRINCIPATVS hic nomen habet ab vrbe primaria ARAVSIONE, vulgò *Orange*, quæ Episcopum habet, Arelatensi Archiepiscopo suffraganeum, & Academiam, itémque Senatum seu **Orange.**

seu Parlamentum, ad quod fit Prouocatio à Iudiciis minorum aliquot oppidorum.

Olim ad Cabillonensem, nunc ad Nassauiam gentem spectat. Cùm namque Philibertus Cabillonensis, Princeps Arausionensis, Prorex Neapolitanus, Caroli V. Imperat. nomine, in obsidione vrbis Florentiæ anno 1530. occubuisset, soror eius vnica & hęres Claudia Henrico Nassauio in manum conuenit. Renato Henrici filio anno 1544. in obsidione Landresiana exstincto successit Guilielmus eius patruelis, qui turbarum postea apud Belgas auctor exstitit, & Delfis Batauorum anno 1584. periit.

Guilielmi filius Philippus Guilielmus, post multorum in Hispania annorum custodiam, à Serenissimo Archiduce Alberto, Belgarum Principe, in Belgicam

redu

reductus, vt erat Religionis Catholicæ studiosissimus, eandem in Principatu Arausionensi restituit, & Bruxellis anno 1618. moriens Mauritio fratri suo & hæredi tabulis testamenti commendauit.

CAPVT XXX.

De BELGICARVM *Prouinciarum statu.*

GERMANIA INFERIOR, siue GALLIA BELGICA prouinciis hodie XVII. continetur. Sunt in his Ducatus IV. BRABANTIÆ, LIMBVRGI, LVTZENBVRGI & GELDRIÆ: Comitatus VII. FLANDRIÆ, ARTESIÆ, HANNONIÆ, HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ, NAMVRCI & ZVTPHANIÆ: Marchionatus *Belgij status.*

vnus

vnus SACRI IMPERII: Dominia V. FRISIÆ ORIENTALIS, MECHLINIÆ, VLTRAIECTI, TRANSISALANÆ, & GRONINGÆ, Regiones cultiſſimæ ac populoſiſſimæ, vt in quibus numerentur Vrbes foſſis vallóque munitæ CCX. vt minimùm; Pagi autem VI.M. CCC.& ampliùs, præter vtriuſque ſexus Monaſteria, Arces, villas, aliaque ædificia illuſtria penè innumerabilia.

In Brabantia, Limburgo, Lutzenburgo, magna parte Ducatus Geldriæ, Flandria, Arteſia, Hannonia, Namurco, Marchionatu S. Imperij, & Mechlinia, eximiè floret Religio Catholica, exemplo in primis præeuntibus optimis Principibus noſtris, Sereniſſimis Archiducibus, ALBERTO & ISABELLA CLARA EVGENIA: quos vt Deus O.M. diu

diu ſeruet, vniuerſæ Eccleſiæ ac Reipubl. Chriſtianę bono, venerans precor.

Reliquæ prouinciæ gemunt, prô dolor, ſub iugo Caluiniſtarum, quorum alij Molles, ſeu *Arminiani*, alij Rigidi, ſeu *Gomariſtæ*, dicuntur, & capitalia inter ſe odia exercent.

Præter Caluiniſtas, qui cæteris dominantur, & Lutheranos, ſunt inſuper in prouinciis Belgicis confœderatis, Anabaptiſtæ magno numero, præſertim in Friſia, & Nort-Hollandia, in ſectas facilè XXX. diuiſi: de quibus exſtat libellus Teutonicus, Coloniæ editus, titulo Babylonis ſeu Confuſionis Anabaptiſticæ, dignus qui in Latinum transferatur, ad agnoſcendum & deteſtandum tot ſectas adeò diſſectas.

CAPVT XXXI.
BELGII *seu* GERMANIÆ INFERIORIS *Episcopatus.*

OLIM in Belgica nostra non nisi quatuor fuêre Episcopatus, Cameracensis, Atrebatensis, Tornacensis & Vltraiectinus. Sed petente Philippo II. Rege Catholico, Belgarúmque Principe anno 1559. Paulus IV. Papa tres Archiepiscopatus & XV. Episcopatus constituit: vt ex subiecta syllabo patebit.

MACHLINIENSIS *Archiepsc.* Mechelen. *Huic sunt suffraganei VI. Episcopi,*

Antuerpiensis in Brabantia ad Scaldim fl. *Antvverpen.*

Bru

Brugensis in Flandria. *Brugge. Bruges.*
Gandensis ibidem ad Scaldim. *Gent.*
Iprensis ibidem. *Iperen.*
Ruremundensis in Geldria ad Mosam. *Rurmunde.*
Siluiducensis seu Buscoducense. *Hertogenbosch.*

CAMERACENSIS *Archiepisc. ad Scaldim fluuium.* Cambray.

Suffraganei sunt,

Atrebatensis in Artesia. *Arras.*
Tornacensis ad Scaldim. *Tournay.*
Audomarensis in Artesia. *Saint Omer.*
Namurcensis ad Mosam. *Namur.*

VLTRAIECTINO *Archiepisc.* Vtrecht. *Subsunt Episcopi,*

Dauentriensis. in Transisalania. *Deuenter.*

Groningensis. *Groeninghen.*

Harlemensis in Hollandia. *Harlem.*

Leouardiensis in Frisia. *Leeuvvarden.*

Middelburgensis in Zelandia. *Middelborgh.*

De nouorum in Belgio Episcopatuum erectione exstat commentarius Arnoldi Hauensij, Carthusiani, Coloniæ anno 1609. editus: in quo multa narrantur de primorum Belgicæ Episcoporum rebus præclarè fortiterque gestis.

In prouinciis Belgicis multa sunt eximia Societatis IESV Colle

Collegia, duas in Prouincias partita.

Prouincia FLANDRO-BELGICA.

Ant- } Domus Professa. } *Ant-*
uerpiæ } Col. Antuerpien. } *werpẽ.*
Colleg. Brugense, *Brugghe.*
Colleg. Bruxellense. *Brussel.*
Colleg. Cortracense. *Cortryck.*
Colleg. Gandense. *Gendt.*
Colleg. Iprense. *Ipren.*
Lo- } Colleg. Louaniense. } *Lo-*
uanij } Colleg. Anglorum, } *uen.*
Domus Probationis Lirana. *Lire.*
Domus Probat. Melchliniensis. *Mechelen.* cum Collegio incohato.
Colleg. Ruræmundanum. *Ruremonde.*
Colleg. Siluæducense. *Shertoghenbosch.*
Colleg. Traiectense. *Maestricht.*

Colleg. VVinoci-Bergense. *VVinoxberghen.*
Residentia Casletana. *Cassel.*
Residentia Hollandica. *Hollandt.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 617.)

Prouincia GALLO-BELGICA.

Duaci { Coll. Duacense. / Semin. Scotorũ. } *Douay.*
Audomari { Col. Audomarẽse. / Col. Anglicanum. } *Sant Omer.*
Tornaci { Coll. Tornacense. / Domus Probatio. } *Tournay.*
Leodij { Colleg. Leodiense. / Domus Probationis. } *Liege.*
Colleg. Insulense. *Lisle.*
Colleg. Montense. *Mons.*
Colleg. Valencenense. *Valentiennes.*
Colleg. Atrebatense. *Arras.*
Colleg. Cameracense. *Cambray.*

Coll.

Colleg. Luxemburgense. *Luxembourg.*

Colleg. Namurcense. *Namur.*

Colleg. Dionantense. *Dinant.*

Colleg. Hesdiniense. *Hesdin.*

Colleg. Ariense. *Aire.*

Residentia VVatenensis. *VVattenes.*

Residentia Huensis. *Huy.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 652.)

Præter Societatis IESV Patres, habent insuper Patres Augustiniani & Dominicani insignes scholas, in quibus iuuentutem & litteris & pietate informant.

CAPVT XXXIII.

De BVRGVNDIÆ *Comitatu.*

BVRGVNDIA duplex est hodie, vna Ducatus, altera *Burgundia.*

Comitatus titulo illustris. Ducatus nunc in Regum Galliæ est potestate, cuius metropolis est *Dijon.* DIVIO, in qua & Parlamenti sedes. Burgundię Comitatus, vulgò *Franche Comté.* LA FRANCHE CONTE, ad Serenissimum Albertum, Austriæ Archiducem, spectat: cuius *Dole.* metropolis est DOLA, vrbs supremo prouinciæ Senatu, atque Academiâ celebris, parétque in spiritualibus Archiepiscopo Vesontionensi, cum toto ferè Burgundiæ Comitatu. Exceptis nimirum iis locis, quæ *Mont Iura.* IVRAM MONTEM spectant, súntque Lugdunensi Archiepiscopo in spiritualibus subiecta.

In locis istis Iurensibus (vt verbis Martyrologij Romani vtar) visitur illustris Abbatia Sancti Eugendi, à Chilberto I. Burgundiæ Rege excitata; quæ hodie *S. Claude.* S. CLAVDII dicitur, à S. Clau

Claudio Archiepiscopo Bisuntino, cuius ibi sacrum corpus adseruatur, magno piè peregrinantium concursu.

CAPVT XXXIII.

GERMANIÆ *Episcopatus.*

GERMANIA prouincia nobilissima, quà Romanum complectitur Imperium, habet septem hodie Archiepiscopatus, Moguntinum, Coloniensem, Treuerensem, Magdeburgensem, Salisburgensem, Bremensem, & Vesontionensem, præter Pragensem in Bohemia. *Germania.*

Ante ætatem S. Bonifacij Moguntini Archiepiscopi, diœceses Episcorum ad Rhenum, iuxta prouinciarum Romanarum distinctionem, tantùm in Gallicâ Rheni ripâ distributæ erant,

Is supremus Germanicarum Ecclesiarum inspector à Gregorio II. Papa designatus, Salisburgensem, Ratisbonensem ac Frisingensem diœceses primus distribuit, adhęc Eistadiensem Episcopatum anno 745. & Herbipolensem anno 751. instituit.

Deuictis postea Saxonibus, Carolus Magnus Imperator Osnaburgæ anno 776. deinde Halberstadij, Monasterij, Verdæ, Bremæ anno 788. Mindæ, Hildesiæ, & Paderbornæ Episcopatus fundauit ac dotauit. Caroli exemplo, Henricus Auceps Imperator, Misnæ & Mersburgi; Otho Magnus, Aucupis filius, Brandeburgi & Hauelburgi anno 946. & sexto pòst anno, in Cimbrica Chersoneso, Slesuici, Ripæ, Arhusiæ, Aldeburgi (vnde Lubecam postea Henricus Leo Saxoniæ Dux sedem transtulit) basilicas

Cathe-

Cathedrales condiderunt.

Melchelburgi Epiſcopatum (quem Henricus Leo Suerinæ collocauit) Albertus Archiepiſc. Bremēſis 1062. inſtituit. Magdeburgenſem cathedram ex Vallerſlebia, Lunæburgenſis agri oppido, iſtuc tranſlatam Otho Magnus Imperator anno 967. Archiepiſcopali dignitate & Germaniæ Primatu per Benedictum I V. ornandam curauit.

Ex dictis ſeptem Germaniæ metropolibus duas, Magdeburgenſem & Bremenſem, & vicinos illis in veteri Saxonia, cis & vltra Viſurgim, Epiſcopatus decem, Albertus Crantzius à prima ſingulorum origine, enumerata Antiſtitum ſerie, vſque ad annum Chriſti 1500. in ſua Metropoli deſcripſit. Cuius ſcriptionem excepit Dauid Chytræus, profeſſione Lutheranus: ideóque

cautè legendus. Vt porrò Germanicarum Ecclesiarum status cuiuis notior fiat, habe breuem hanc syllabum.

MOGVNTINVS *Archiepisc. S.R.I. Princeps Elector, & in Germania Archicancellarius.* Mentz, *ad Rhenum, Academia. Ad Moguntinam prouinciam hi spectant Episcop. vt suffraganei.*

VVormatiensis. *VVorms.*

Herbipolensis, Dux Franconiæ anno 1251. *VVirtzburg*, Academia.

Spirensis. *Speir*, sedes Cameræ Imperialis.

Eistatensis. *Aichstet.*

Argentinensis. *Strasburg.*

Verdensis. *VVerden*, quarto lapide à Brema.

Cu

Curiensis apud Rhætos seu Grisones. *Chur*, Italis *Coira*.

Hildesheimensis per Carolum Magnum. *Heildesheim.*

Paderbornensis in VVestphalia, per Carolum Magnum. *Paderborn*, Academia, circa annum 1615.

Constantiensis. *Costnitz.*

Halberstadiensis, anno 788. per Carolum Magnum. *Halberstad.*

Augustanus. *Augsburg.*

* Bambergensis in Turingia. *Bamberg.*

COLONIENSIS *Archiepisc. S. R. I. Princeps Elector, & in Italia Archicancellarius.* Cöln, Coloigne, *ad Rhenum, Academia. Suffraganei,*

Leodiensis. Episcopus Dux Bulloniem

lonienſis, Comes Loſſenſis, & Marchio Francimontanus. *Liege*, ad Moſam fl.

Monaſterienſis, in VVeſtphalia, per Carolum Magnum. *Münſter.*

Mindenſis per eundem anno 785. *Minden.*

Oſnabrugenſis in VVeſtphalia per eundem anno 776. *Oſenbrug.*

TREVERENSIS *Archiepiſc. S.R.I. Princeps Elector, & in Gallia ac regno Arelatenſi Archicancellarius.* Trier, *ad Moſellam Academia. Habet ſuffraganeos,*

Metenſem in ditione Regis Galliæ. *Metz.*

Tullenſem, ibidem. *Toul.*

Virdunenſem. *Verdun.*

Sunt hi tres Epiſcopatus in

Lotha

Lotharingia siti, iuris olim Germanici, nunc Gallici.

MAGDEBVRGENSIS *Archiepisc. & Germaniæ Primas, anno 967. per Benedictum V I.* Meydburg. *Suffraganei huius sunt,*

Misnensis in Saxonia superiore ad Albim fl. per Henricum Aucupem Imper. dotatus, *Meyssen*, Lantgrauiatus.
Merseburgensis ad Salam fl. per eundem. *Merseburg.*
Brandeburgensis ad Hauelam fl. anno 946. per Othonem Magnum Imperat. *Brandeburg*, Marchionatus & Electoratus S.R.I.
Hauelburgensis ad Hauelam fl. per eundem, olim Citizensis. *Hauelburg.*

SALIS

SALISBVRGENSIS, *Archiepisc. per Leonem III.* Salzburg, *Academia Benedictinorum anno 1617. Huic subsunt Episcopi,*

Frisingensis, per Gregorium II. *Freysingen.*

Ratisbonensis, per eundem. *Regenspurg.*

Passauiensis, ad Oeni & Danubij confluentem. *Passavv.*

Brixinensis. *Brixen.*

Gurcensis, seu Goriciensis, in Carinthia, circa annum 1073. *Goritz.*

Lauentinensis, in Carinthia, circa annum 1214. *Lauenmutz.*

Seccouiensis, in Stiria. *Seckavv.*

Chiemensis. *Chiemse.*

* Viennensis, in Austria. *Vien,* Academia.

* Neostadiensis, in Austria, per

lum II. anno 1468. *Neuštat.*
* Labacensis, in Carniola, per eumdem. *Lesbach.*

BREMENSIS *Archiepisc. ad Visurgim fl.* Bremen.
Huic parent Episcopi,

Lubecensis, per Henricum Leonem Imperat. *Lubeck.*
Raceburgensis. *Ratzenburg.*
Suerinensis, per Henricum Leonem Imper. *Svverin.*

VESONTIONENSIS, *seu* BISVNTINVS *Archiepiscopus.* Besanzon, *Academia, circa annum 1540. Huic subsunt Episcopi,*

Basileensis, nunc Bruntruti residet: Capitulum verò cathedrale

drale Friburgi Brisgoiæ. *Basel*, Academia.

Lausanensis, circa annum 590. deleto Auentico, nunc Friburgi Helueticorum residens. *Losanne*, ad lacum Lemanum.

Bellicensis olim Sabaudicę, nunc ditionis Francicæ. *Bellay en Bresse.*

Ceterùm omnes Germanici Imperij Antistites, hactenus à nobis commemorati, vt & Tridentinus Episcopus, ad Prouinciam Aquileiensem pertinens, sunt S.R.I. Principes ac domini in temporalibus, vt vulgus loquitur; exceptis quatuor, nimirum Gurcensi, Lauentinensi, Seccouiensi & Chiemensi: qui quidem Episcopatus à Salisburgensib. Archiepiscopis sunt fundati, ac dotati.

Magdeburgensis porrò & Bremensis Archiepiscopatus, cum suis

suis quinque Episcopatibus suffraganeis, hodie gemunt sub iugo Nouatorum: vt & Verdensis, Halberstadiensis, Osnabrugensis, & Mindensis Episcopatus.

CAPVT XXXIV.

Religionis in GERMANIA *status.*

GERMANIAM olim Religionis orthodoxę studiosissimam fuisse, testatur abundè tot illustrium Episcopatuum & Abbatiarum dotes amplissimæ, cum dominio politico seu sæculari coniunctæ. Adeò quidem, vt toto terrarum orbe nullæ Germanicis Ecclesiis nobiliores aut potentiores existant. Sed hodie, prô dolor, miserrimus est Germaniæ status ipsius Principibus in sectas adeò dissectas variè dissectis.

In Saxonia quidem, Misnia, & Pomerania purus obtinet Lutheranismus, in Palatinatu Rheni & Hassia Caluinismus; in Hanseaticis verò ciuitatibus partim Lutherani, partim Caluinistæ dominantur. In terris, quæ Brandeburgensi Electori parent, annis superioribus plerique facti sunt Caluinistæ: obstitêre tamen Borussi, qui Caluinismum admittere noluerunt.

In Bauaria & Stiria purè Catholici viuunt: in Augustana, Spirensi, Hildesimensi, aliisque diœcesibus Hæretici nostris mixti agunt. Quibus quidem totâ Germaniâ conuertendis, cùm Ordines omnes Religiosi, tum Patres Soc. I E S V præcipuè dant operam. Habent ii in Germania, vicinisque ditionibus Collegia amplius LX. in Prouincias tres distributa.

CAP.

Capvt XXXV.

Societatis Iesv Collegia *in* Germania.

IN Germania tres habent Prouincias Patres Societatis Iesv, in quarum Collegiis iuuentus optimis & moribus & litteris accuratè imbuitur: vel ipsorum etiam Lutheranorum iudicio, qui non rarò liberos etiam suos ad ea Gymnasia erudiendos mittunt.

Prouincia Germaniæ svperioris.

Colleg. Ingolstadiense. *Ingolstat.*
Colleg. Monachiense. *München.*
Colleg. Dillinganum. *Dilingen.*
Colleg. Augustanum. *Augspurg.*
Colleg. Ratisponense. *Regenspurg.*
Colleg. OEnipontanum. *Insprug.*

Colle

Colleg. Halense. *Hall.*
Colleg. Lucernense. *Lucern.*
Colleg. Friburgense. *Friburg.*
Colleg. Bruntrutanum. *Bruntrutt.*
Colleg. Constantiense. *Constanz.*
Colleg. Eystadianum. *Eystat.*
Colleg. Ensishemianum. *Ensisheim.*
Domus Probation. Landsperg. *Landesperg.*
Domus OEtingana. *OEtingen.*
Resi- { Ebersspergensis. *Ebersperg.*
den. { Biburgensis. *Biburg.*
Residentia Vallesiana. *Vualles.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 546.)

Prouincia RHENI.

Colleg. Coloniense. *Cöln.*
Tre- { Colleg. Treuirense. } *Trier.*
uiris { Domus Probation. } *Trier.*
Colleg. Moguntinum. *Meintz.*
Colleg. Spirense. *Speir.*

Colle

Colleg. Herbipolense. *VVirtz-burg.*
Colleg. Fuldense. *Fuld.*
Colleg. Heiligenstadiense. *Heili-genstadt.*
Colleg. Molshemiense. *Molsheim.*
Colleg. Confluentinum. *Coblentz.*
Colleg. Paderbornense. *Pader-born.*
Colleg. Monasteriense. *Münster.*
Colleg. Hildeshemiense. *Hildes-heim.*
Colleg. Embricense. *Emmerich.*
Colleg. Aquisgranense. *Aachen.*
Colleg. Bambergense. *Bamberg.*
Colleg. VVormatiense. *VVormbs.*
Colleg. Hagenoense. *Hagenavv.*
Colleg. Erfordianum. *Erfurt.*
Colleg. Schletstadianũ. *Schletstat.*
Colleg. Nouesianum. *Nuys.*
Resi-dentia { Bonnensis. *Bon.* / Aschaffemburgen. *Asch-affemburg.* }
(Sũt in hac Prouincia Socij 601.)
Prouin

Prouincia AVSTRIÆ.

Colleg. Viennenſe. *VVien.*
Colleg. Græcenſe. *Gratz.*
Colleg. Pragenſe. *Prag.*
Colleg. Olomucenſe. *Olmitz.*
Colleg. Crumlouienſe. *Cromavv.*
Colleg. Commotouienſe. *Commotau.*
Colleg. Nouodomenſe. *Nevvhaus.*
Colleg. Labacenſe. *Labach.*
Colleg. Glacenſe. *Glatz.*
Colleg. Clangenfurtenſe. *Clagenfurt.*
Colleg. Zagrabienſe. *Agram.*
Colleg. Lincenſe. *Lintz.*
Colleg. Paſſauienſe. *Paſſavv.*
Colleg. Hommonenſe. *Hommonay.*
Colleg. Tyrnauienſe. *Tyrnavv.*
Colleg. Crembſenſe. *Crembs.*
Domus Probationis Brunenſis. *Brun.*

Domus

Domus Probationis Leobienſis. *Leuben.*

Reſidentia S. Bernardi. *S. Bernhart.*

Reſidentia Milleſtadienſis. *Millſtat.*

Reſidentia Eberndorffenſis. *Eberndorff.*

Reſidentia Plettrienſis. *Plettria.*

Reſidentia Goricienſis. *Gortz.*

In Transſiluania { Colleg. Claudiop. * *Coloſvvar.* Colleg. Albæ Iuliæ. * *Fairvvar.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 553.)

Capvt XXXVI.

De Republica ac fœdere XIII. Ciuitatum Helveticarvm.

Svb fœdere Heluetico XIII. Ciuitates, vulgò *Cantones* vocant, *Heluetij.*

cant, continentur:

Vrania,	*Vri.*
Suitia,	*Suitz.*
Siluania,	*Vndervvalden.*
Lucerna,	*Lucerne.*
Tigurum,	*Zurich.*
Clarona,	*Glaris.*
Tugium,	*Zugh.*
Berna,	*Berne.*
Friburgum,	*Friburg.*
Salodurum,	*Soletburn.*
Basilea,	*Basel.*
Schafhusia,	*Schaffhusen.*
Abbatis-Cella.	*Appenzel.*

Primum fœdus, contra insolentiam Præfectorum, ab Alberto I. Imper. constitutorum, tres Ciuitates, VRANIA, SVITIA, & SILVANIA, anno 1307. inter se sancierunt. Quibus aliæ postea Ciuitates sese paullatim adiunxerunt, quæ fœdere perpetuo coniunctæ, ita Rempublicam suam stabiliuerunt, vt à ne

à nemine hactenus ſubrui aut debilitari potuerit.

Gens vniuerſa SVITZERI vulgò appellantur, à Suitiis, apud quos primò feliciter pro libertate pugnatum fuit. *Suitzeri vnde dicti.*

Ex XIII. iſtis Ciuitatibus ſex, nimirum LVCERNA, VRANIA, SVITIA, SILVANIA, TVGIVM, FRIBVRGVM, & magna pars ABBATIS-CELLANORVM, Religionem Catholicam Romanam fortiter tuentur. Ad cuius defenſionem ſolenne fœdus anno 1587. cum Philippo II. Rege Catholico, eodémque Duce Mediolanenſi ſancierunt: quod ſanctè etiamnam vtrimque ſeruatur. Itaque apud dictas Ciuitates Catholicas Pontifex Romanus Internuncium ordinariè reſidentem habet, vt & ſuum Rex Catholicus Legatum. *Canones Catholici.*

Basileensis Episcopus.

In ſpiritualibus porrò Heluetij, magna ex parte Conſtantienſi & Baſileenſi Epiſcopis ſubſunt: quorum poſterior Bruntruti ſedem nunc habet, Baſileâ à Nouatoribus occupatâ. Collegium autem cathedrale Baſileenſe domicilium fixit Friburgi Briſgoiæ, quod eſt oppidum & Academia Catholica gentis Auſtriæ.

Ad Heluetios in veteri Religione retinendos ac firmandos plurimum ſanè contulit PETRVS CANISIVS, Nouiomagi in Geldria apud Belgas natus, ex Societate IESV, vir longè doctiſſimus ac ſanctiſſimus: qui & Friburgi Heluetiorum anno 1597. moriens, ibidem honorificè eſt conditus. Habent autem Patres Soc. IESV, duo illuſtria apud Heluetios Collegia, nimirum Lucernenſe, & Friburgenſe.

l. Soc. I.

Ad

Ad reliquas Heluetiorum Ciuitates quod attinet, ſunt eæ, prô dolor, Lutheri, Zvvinglij, Caluini, aliorúmque Hæreſiarcharum fœdis erroribus infectæ: ſic tamen vt Soloduri, Claronæ, & alibi viuant Catholici quàm plurimi, hæreticis mixti. Primi anno 1526. corrupti fuêre Tigurini, ab Vlrico Zvvinglio, Sacramentario.

CAPVT XXXVII.
De municipiis, præfecturis, & ſociis HELVETIORVM.

PRÆTER XIII. Ciuitates, quas dixi, multa apud Heluetios ſunt oppida ſuo iure ac legibus vtentia, quæ antiquo & Romano vocabulo MVNICIPIA HELVETIORVM, nuncupat Franciſcus Guillimannus, rerum *Municipia Heluetiorũ.*

Helueticarum scriptor accuratus. Talia sunt, AQVÆ HELVETIÆ, vulgò *Bada*, BREMGARTIA, MELLINGA, RVPERTI VILLA, DAMASIA, VITODVRVM, TOBINIVM, ARAVIA, SVRBSEA, VILLISONIVM, PONTES, SEMPACHIVM, SATVNEGAVNVM, STATIO RHÆTORVM, PATERNIACVM, LAVSANA, & alia oppida nonnulla.

Lausanensis Episcopus. LAVSANA Episcopum habet, Vesontionensi Archiepiscopo suffraganeum; qui sedem nunc habet Friburgi Heluetiorum, Lausanâ à Nouatoribus anno 1536. occupatâ.

Præfectura Heluetiorum. Post Municipia sequuntur PRÆFECTVRÆ quæ Ciuitatum seu Cantonum communi imperio administrantur. Sunt illæ omninò decem, ex quibus alię Transalpinæ, in Italia: aliç Cisalpinæ,

pinæ, intra Heluetiæ limites sitæ. *Socij Heluetiorũ.*

Ad Socios Heluetiorum quod spectat, sunt ij præcipuè, ABBAS & OPPIDVM S. GALLI, RHÆTI, VALESIANI, & ROTTVILLANI. Hi eadem ferè conditione apud Heluetios, qua olim Socij apud Romanos: hoc est, non solùm auxilia, militem, arma, commeatum, ductum, sumtum tempore belli promittunt, sed omnia munimenta, arces, oppida, velut in Heluetiorum potestate & vsu, sempérque aperta relinquunt. Sociis sanè defendendis, totum propè terrarum orbem in Romanorum potestatem venisse, testatur Cicero.

S. GALLI oppidum ex monasterio natum est, vt Luxouium apud Burgundos, Bobium apud Insubres, Trudonopolis apud Leodienses, Audomaropolis & Gislenopolis apud Belgas, & plu- *S. Galli oppidum.*

ra alia oppida per Germaniam ac Galliam.

Monasterium S. Galli condidit B. Gallus, natione Hibernus, S. Columbani discipulus, qui anno 643. moriens, in cœnobio à se excitato est conditus. Ad eas verò opes denique monasterium S. Galli, & ad eam amplitudinem peruenit, vt Principem facilè locum in Germania obtineat. Fuit autem primitùs inhabitatum à Clericis, quibus Benedictinam regulam anno 741. præscripsit Othmarus Abbas, petente Pipino, Caroli Matelli filio: vt Valafridus Strabo tradit in vita S. Galli. Oppido ex monasterij frequentia nato (cui proinde subiectum) magna est per Europam celebritas, ob lanificia.

Grisones. RHÆTI (quos Itali *Grisones*, Germani *Gravven* nuncupant) in tria fœdera sunt diuisi. Primum

fœdus

fœdus XIX. Communitates complectitur, quas inter prima est DISERTINA ABBATIA, cum vico adiuncto, quem condidit S. Sigebertus, S. Columbani discipulus, opibus Placidi viri nobilis.

Ad secundum fœdus, quod DOMVS DEI CVRIENSIS dicitur, XX. Communitates pertinent, quarum prima & caput est CVRIA, Ptolemæo Ebodurum, vrbs Episcopalis, Moguntino Archiepiscopo suffraganea, Italis *Coira*, Germanis *Chur*, nuncupata. Nomen inditum, quòd Imperatores, si quando in Rhætiam venirent, eò loci curiam celebrabant: vnde ab Antonino dicitur *Curia Rhætorum*.

Curia vrbs Episcopalis, hodiéque Catholica.

Tertij fœderis sunt X. Communitates, quas Iudicia nominant seu Iurisdictiones.

VALESIANI in VII. Commu

Valesiani.

munitates sunt diuisi, quarum prima est SEDVNVM, vrbs Episcopalis, Tarentasiensi Archiepiscopo suffraganea. Prouinciam totam regit Episcopus, cum Concilio ex popularibus conflato, cuius hic est titulus, *N. Episcopus Sedunensis, Comes, & Praefectus Valesiae.* Episcopum eligunt Canonici, & VII. Communitatum Legati: suntque Valesiani Catholicae religionis studiosissimi.

Sedunensis Episcopus.

Sedunenses seu Valesiani superiores, ab anno Christi 1475. imperant Veragris seu Valesianis inferioribus, in VI. Communitates seu Praefecturas distributis: quas inter quarta est OCTODVRVS, olim vrbs Episcopalis Veragrorum. I. Caesar VICVM VERAGRORVM nominat. Vrbs vi aquarum periit, & locus hodie *Martenach* dicitur, ab

Octodurus.

ab arce olim oppido imminente.

Sexta porrò inter Valesiæ inferioris Communitates est TARNADA, olim AGAVNVM, quod hodie S. MAVRITII nuncupatur: vbi Sigismundus Burgundiæ Rex insigne monasterium construxit in honorem SS. Martyrum Thebæorum. Octoduri namque (quod XII. passuum millibus Agauno distat) etsi Thebeæ legionis cædes primùm sit imperata, maior tamen pars Agauni est trucidata. *Agaunum, hodie S. Mauritij.*

ROTVVILLA vrbs est Imperialis ad Nicrum fluuium, magnæ per Germaniam auctoritatis, propter curiam in ea Imperij constitutam, per Conradum III. Imperatorem. *Rotvuilla.*

Numerantur etiam inter Socios, BIENNA & MVLHVSIVM. De his fusiùs Franciscus *Bienna. Mulhusen.*

Guillimannus in libris de Rebus Heluetiorum.

CAPVT XXXVIII.

De vrbe GENEVENSI.

Geneua. GENEVA ad lacum Lemanum sita, in duabus Rhodani ripis, ligneo ponte coniungitur, cui, per interiectam insulam firmiori, ædes vtrimque impositæ. In maiore vrbis parte ad meridiem, templum est cathedrale S. Petro Apostolo sacrum: in minore, ad Septemtrionem, visitur Basilica S. Geruasij: à quo & illa vrbis pars habet denominationem.

De vrbis dominio variæ olim, inter Episcopos & Sabaudiæ Principes, fuêre controuersiæ: de quibus alij scripsêre. Iustum omnem dominatum circa annum

1535. excussit, & cum Bernensibus anno 1536. pactum iniit, postea aliquoties renouatum. Est hodie sentina & arx quædam Caluinismi, ex qua impij Caluinianæ sectæ Ministri, magno numero, quotidie prodeunt.

Episcopus ipse Geneuensis hodie sedem habet Anessiaci, quod est Sabaudiæ oppidum.

CAPVT XXXIX.

De Ducatu POMERANIÆ.

POMERANIA, regio Germaniæ ad mare Balticum, Ducatus titulo nobilitatur: cuius vrbes sunt STETINVM emporium, CAMINVM, vrbs olim Episcopalis sub Archiepiscopo Gnesnensi, GRIPHSVVALDIA, ob Academiam anno 1546. institutam nota, & VVOLGASTVM *Pomerania.*

TVM

TVM, Principis sedes. Pomeraniæ primi Duces Bugislaus & Casimirus à Frederico Barbarossa Imper. anno 1182. sunt creati.

CAPVT XL.

De Regno BOHEMIÆ.

Bohemia. BOHEMIÆ metropolis est PRAGA, Regum atque Imperatorum Romanorum aliquot sæculis iucunda sedes. Habet ea Archiepiscopum & Legatum natum, anno 1344. à Clemente VI. creatum: cui suffragari solent OLOMVCENSIS in Morauia, & LITOMISSENSIS in Bohemia Episcopi. Posterior ista sedes Episcopalis desiit, furore Hussitarum, qui hodieque totam

Hussitæ. ferè Bohemiam inficiunt. Eorum hæresis primaria est, SS. Eucharistiam sub vtraque specie laicis

dan

dandam esse: ideóque calicis signum pro templorum suorum foribus collocare solent.

Præter Hussitas, viuunt in Bohemia magno etiam numero Lutherani, Caluinistæ, & PICARDI: quorum postremi sunt reliquiæ veterum hæreticorum VValdensium. His nomen dedit Petrus VValdus, ciuis Lugdunensis, anno circiter 1170. qui patriâ relictâ, cùm in Picardiam regni Galliæ Prouinciam venisset, multos in eâ sectatores nactus est. Inde in Germaniam transiens, demum in Bohemia consedit: vnde etiam hodie, ij qui ea dogmata amplectuntur, Picardi vocantur. Sic ex Vido Perpiniano, Episcopo Lodeuensi, qui Inquisitoris munus in VValdenses exercuit, Iacob. Thuanus tradit Hist. lib. 6. *Picardi.*

CAPVT XLI.
De SILESIA & MORAVIA.

Silesia. Morauia. DVÆ istæ Prouinciæ ad regnum Bohemiæ pertinent, certis fœderum conditionibus. Vtraque variis sectis, vt Bohemia, est infecta. In Morauia multæ sunt Anabaptistarum congregationes, in communi viuentes, qui Germaniæ ac Belgij Anabaptistas, vt hæreticos damnant, & anathematizant.

Preslavv. Silesiæ caput est VRATISLAVIA, quæ Episcopum habet Catholicum, Gnesnensi Archiepiscopo suffraganeum.

Morauiæ primaria vrbs est, *Olmutz.* OLOMVCIVM, quæ pariter Episcopum habet Catholicum, Pragensi Archiepiscopo suffragantem. Is nunc est Serenissimus

Archi

Archidux Leopoldus, Ferdinandi Bohemiæ Regis frater.

CAPVT XLII.
De Regnis HVNGARIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, *&* SLAVONIÆ.

HVNGARIA, quam Danubius mediam interfluit, duas habet vrbes Archiepiſcopales, STRIGONIVM & COLOCIAM. *Hungaria.*

STRIGONIENSIS *Archiepiſcopus eſt regni Hungariæ Primas, & Legatus natus, reſidétque nunc Tirnauiæ, Strigonio à Turcis occupato. Suffraganei autem ſunt Epiſcopi VI.*

Nitrienſis, regni Cancellarius. *Nitrich.*

Iauri

Iaurinensis ad Danubium fluuium. *Raab.*
Agriensis. *Agria*, sub Turcis.
Vacciensis. *Vaccia.*
Quinqueecclesiensis ad Drauum flu. sub Turcis.
Vesprinienſis, Reginę Cancellarius. *Vesprin*, sub iisdem.

COLOCIA, *in Pannonia inferiore sita est, cuius loci Archiepiscopo subesse solent Episcopi,*

Zagabrienſis. *Agram.*
Albæ Iuliæ, in Principatu Transiluaniæ. *Fairyvar.*
Varadienſis. *Varadin.*
Sirmienſis, sub Turcis. *Sirmisch.*
Conadienſis vel Canadienſis sub iisdem. *Conad.*
Boſnenſis sub iisdem. *Boſſina.*
Hermanſtadenſis & Bacchenſis Episcopi, in Transſiluania à qui

quibusdam adiunguntur.

Magnam Hungariæ partem hodie tenent Turcæ: reliqua variis hæresibus, atque in primis ARIANISMO est infecta.

Georgius Drascouitius, Cardinalis Hungarus, nationis suæ alumnis Seminarium Viennæ, & Collegium Varaliæ excitauit, adiutante Rudolfo II. Cæsare. Datur & Hungaris locus Romæ in Collegio Germanico.

Hungariæ regno annumerantur, DALMATIÆ, CROATIÆ & SLAVONIÆ regna, quæ hodie partim ab Austriacis, partim à Venetis, partim à Turcis occupantur. *Dalmatia. Croatia. Slauonia.*

LINGVA porrò SLAVONICA latissimè patet, éstque in multas propagines diffusa, videlicet in RVTENICAM, POLONICAM, BOEMICAM, ILLYRICAM, DALMATICAM, *Lingua Slauonica.*

VVIN

VVINDICAM, aliásque minorum gentium linguas.

Eiusdem linguæ Slauonicæ duplices sunt characteres, RVTENICI seu MOSCOVITICI, è Græcis deprauati, totidem numero, & figura penè similes, adiunctis paucis barbaris; item DALMATICI, qui & HIERONYMIANI dicuntur, eadem potestate, totidem numero, sed figura longè dissimiles. Atque adeò duplex est Bibliorum translatio, RVTENICA recentior, & HIERONYMIANA vetustior.

CAPVT XLIII.

De TRANSILVANIÆ *Principatu.*

Transilvania. TRANSILVANIA, Daciæ Ripensis pars est mediterranea:

nea:cuius vrbes primariæ sunt, HERMANNOPOLIS, STEPHANOPOLIS, quæ & Corona, itémque Brassouia dicitur, CLAVDIOPOLIS, quæ Academiam habet, & ALBA IVLIA, Principis sedes. In duabus istis posterioribus vrbibus olim sua Collegia habuerunt Patres Societatis IESV, à Christophoro Batorio, Stephani Poloniæ Regis fratre, & in Principatu successore dotata. Quorum quidem Patrum operâ, anno 1590. Christianus Francus Albæ Iuliæ hæresim publicè abiurauit. Habebat item Alba Iulia Episcopum, Colociensi Archiepisc. suffraganeum.

Præter Lutheranos & Caluinistas, in hac prouincia plurimi sunt ARIANISMI sectatores: *Ariani.* quam hæresim anno 1566. illuc inuexit Franciscus Dauid, procurante

rante Francisco Stancaro, Italo, Ioannis Sepusij Principis Medico. Quod venenum inde postea in Hungariam, Poloniam, vicinásque Prouincias emanauit.

Claudiopoli insigne Seminarium fundauit Gregorius XIII. Papa, cum dote amplissima, quam postea Stephanus Rex Poloniæ auxit.

CAPVT XLIV.

De AVSTRIA, *aliísque Prouinciis vicinis, ad gentem Austriacam spectantibus.*

Austria, cum prouinciis adiunctis. AVSTRIA, nobilissima Germaniæ regio ad Danubium, habuit primùm Marchiones, postea Duces, demum Archiduces, quibus hodiéque paret. Sunt in ea vrbes Episcopales duæ

duæ, VIENNA, caput prouinciæ, & NOVA CIVITAS. Austriacam historiam libris 4. VVolfgangus Lazius cōprehendit. De antiqua & vera origine gentis Austriæ siue Habspurgicæ libros 7. anno 1605. Mediolani publicauit Franciscus Guillimannus, historiarum Professor Friburgi Brisgoiæ. Exstant & Annales Austriæ per Gerardum Roium, quos OEniponti anno 1600. publicauit.

Duo sunt Episcopatus in Austria, Viennensis, & Neostadiensis, quem vnà cum Labacensi, in Carniola, anno 1468. Paulus II. instituit, Frederico III. Imperat. petente. Vienna habet Academiam non ignobilem, quæ ad Doctoratum non admittit quempiam, nisi præstitâ priùs fidei Catholicæ professione, iuxta Pij IV. diploma, & decretum conforme

forme anno 1581. à Rudolfo II. publicatum.

De TIROLENSI *Comitatu.*

Tirolis. TIROLENSIS Comitatus iacet inter Athesin, & OEnum flumina, intérque Alpium iuga: habétque omnis generis metalla nobilissima. Caput prouinciæ est OENIPONS, vrbs egregia ad OEni ripam sita, sedes Principis, & Parlamenti ditionum Austriacarum. In qua vrbe, vt & in Halensi, insignia possident Collegia Patres Societatis IESV, magno prouincialium bono, à Ferdinando Imperatore fundata: qui & Viennense in Austria, ac Pragense in Bohemia excitauit.

Fuit hæc prouincia inter Austriacas à multis retrò annis veræ

Religio

Religionis studiosissima: quod magna ex parte acceptum debet zelo FERDINANDI Archiducis, eiúsque trium sororum pietati, quæ Halis & per totam Germaniam, imò orbem nota est.

In medio prouinciæ sita est BRIXINA; cuius vrbis Episcopus, Salisburgensi Archiepiscopo suffraganeus, Serenissimus Archidux LEOPOLDVS diœcesim suam ab omni hæreseos labe puram conseruat: quod & vicinus Antistes Tridentinus, ex gente Madrucia, egregiè præstat.

De STIRIA.

STIRIÆ metropolis est GRÆCIVM, quod insignem habet Academiam, ac Societatis IESV Collegium. Prouinciam totam ab hæresi expurgauit FERDINANDVS Ar- *Gratz.*

H chi

chidux, qui nunc Rex est Bohemiæ & Hungariæ: nouarum sectarum studiosis aliò migrare iussis. Quod illi odio verti non debet, cùm passim Lutherani ac Caluiniani in Germania Principes suis è ditionibus nostros pellant, & suis quisque subditis suam Religionem præscribat.

Ceterùm Stiria Episcopum habet Seccouiensem, Salisburgensi Archiepisc. suffraganeum.

De CARINTHIA.

Carinthia. IN CARINTHIA duo sunt Episcopi, Gurcensis & Lauentinensis, Salisburgensi Archiepiscopo suffraganei. Gurcensis in oppido Strasburgo plerumque residet: quo fit, vt illius incolæ ac vicini præ ceteris nostræ Religionis sint magis studiosi atque obseruantes.

CAP

CAPVT XLV.

De BAVARIÆ *Ducatu.*

PVRVM ac putum Religionis orthodoxæ cultum Principibus ſuis BAVARIA debet, qui iam inde ab initio Lutheraniſmi fortiter à finibus ſuis omnes ſectas arcuerunt, & porrò arcent. *Bauariæ Ducatus.*

GEORGIVS certè Dux zelum ſuum laudatiſſimum primus oſtendit, qui ſolus ferè ex Germaniæ Principibus, CAROLO V. Imperat. contra rebelles perpetuò adhæſit.

Patris ſui veſtigiis inſtitit filius & ſucceſſor ALBERTVS, qui Societatem IESV Monachium & Ingolſtadium euocauit.

Auitam pietatem ſecutus eſt GVILIELMVS V. Dux: eiúſque filij hodie ſequuntur fortiſsimè.

CAPVT XLVI.

De Regno POLONIÆ.

Polonia. POLONIÆ Regnum multas ſuo ambitu Prouincias, in his Lituaniam, Maſouiam, Samogitiam, Cuiauiam, Liuoniam, Varmiam, Pruſſiam Regalem, Ruſſiam Nigram, Volhiniam, Podoliam, aliáſque complectitur. His prouinciis ius ſacrum dicunt duo Latini ritus Archiepiſcopi Gneſnenſis & Leopolienſis. Regni Primas eſt Gneſnenſis, cui ſuffragantur Epiſcopi infraſcripti,

Cracouienſis Epiſcopus & Dux Seuerienſis. *Krakovv*, in Polonia minore ad Viſtulam fl. Academia.

Poſnanienſis in Polonia maiore. *Poznan.*

Plocenſis, in Maſouia ad Viſtulam

lam fluuium. *Ploczk.*

Mednicensis, in Samogitia. *Miednik y.*

Vratislauiensis, in Silesia: *Preslavv.*

Lebusiensis, circa Marchiam Brandeburgensem. *Lebus.*

Vladislauiensis, in Cuiauia. *Vladislavv.*

Caminensis, in Promeraniæ tractu. *Chemnicz.*

Luceoriensis. *Lucko*, in Volhinia.

Vilnensis, in Ducatu Lituaniæ, qui cum regno Poloniæ est vnitus. *Vilenzki* indigenis, Germanis *VVilde.*

Vendensis in Liuonia, per Sixtum V. *VVenden*, Kies.

* Varmiensis prouinciæ Episcopus in Prussia Regali residens. *VVarmerlant, Frauvvenberg.*

Leopolis, vulgò *Lnuovv*, sita est in Russia Nigra anno 1361.

iure Metropolitico donata, per Vrbanum V. Papam. Huic suffraganei sunt,

Præmisliensis, in Russia Nigra. *Przemysl.*

Chelmensis, ibidem. *Chmielnick.*

Kiouiensis, in Volhinia, ad Borysthenem fl. *Kiou.*

Camenecensis, in Podolia. *Camieniecк.*

Hi omnes Antistites, vnà cum Culmensi Episcopo, ex Prussia Regali, publicis regni comitiis, tamquam Senatores, interesse solent: exceptis tamen Vratislauiensi & Lebusiensi Episcopis, qui ad Poloniæ regnum non pertinent.

CAPVT XLVII.
De RVTHENIS, seu RVSSIS.

PRÆTER Latinos istos Antistites, sunt & RVTHENICI ritus Episcopi octo, sub ditione Regis Poloniæ: nimirum Kiouiensis, qui est Metropolita, Vlodomiriensis, Luceoriensis, Polocensis, Præmisliensis, Leopoliensis, Chelmensis & Pinscensis. Hi anno 1596. à Clemente VIII. in communionem Ecclesiæ orthodoxæ sunt recepti: vt fusè Baronius ad calcem tomi VII. Annalium commemorat. *Russi.*

De vetustis Ruthenorum erroribus, quos ferè communes cum Græcis habere solent, consule Posseuinum in Moscouiæ descriptione.

Est autem duplex Russia, NI-

GRA, quæ Polono, & ALBA, quę Mosco subest.

In VOLHINIA, quæ sub Russia Nigra continetur, viuit Dux Ostrogoiæ, inter Ruthenos ditissimus ac potentissimus.

Armenij. Sub ditione Polonorum viuunt & ARMENII plurimi, qui suum quoque Episcopum habent: sed nec hic, nec Ruthenici Antistites locum habent in comitiis regni Poloniæ. Residere autem solet Leopoli Episcopus seu Metropolita Armeniorum, qui ea in vrbe, item Camenecæ, viciníſque locis magno numero mercaturam exercent.

De lingua Ruthenica, eiúſque characteribus vide suprà cap. 42.

CAP

CAPVT XLVIII.

COLLEGIA Societatis IESV in POLONIA.

IN Polonia, Lithuania, Prussia, Russia, aliisque prouinciis regno Polonico annexis, multa florent Collegia ac gymnasia Societatis IESV, duas in Prouincias distributa.

Prouincia POLONIÆ.

Cracouiæ	Domus Professa, Domus Probat. S. Steph.	*Krakovv.*
Colleg. Posnaniense.		*Poznan.*
Colleg. Calissiense.		*Kalisz.*
Colleg. Lublinense.		*Lublin.*
Colleg. Leopoliense.		*Lvvovv.*
Colleg. Iaroslauiense.		*Iaroslavv.*
Colleg. Sendomiriense.		*Sendomirz.*

Colleg. Luceoriense. *Lucko.*
Colleg. Torunense. *Torun.*
Colleg. Camenecense. *Kamie-nietz.*

Residentiæ:
- Gedanen. *Gdańsk & Dancik.*
- Præmisliensis. *Przemyst.*
- Rauensis. *Ravva.*
- Crosnensis. *Krosno.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 459.)

Prouincia LITHVANIÆ.

Domus Professio. VVarsauiensis. *VVarsavva.*

Vilnæ:
- Dom. Professa.
- Coll. Vilnense.
- Dom. Probat.

VVilno.

Colleg. Bransbergense. *Bransberg.*
Colleg. Pultouiense. *Pultovvsk.*
Colleg. Niesuisiense. *Niesvviez.*
Colleg. Polocense. *Polock.*
Colleg. Rigense. *Riga.*
Colleg. Derpatense. *Derpt.*

Colleg. Orszense. *Orsza.*
Colleg. Lomzense. *Lomza.*
Colleg. Krozense. *Kroze.*
Residentia Plocensis. *Plock.*
Resid. Smolenscensis. *Smolensk.*
(Sunt in hac Prouincia Socij 336.)

CAPVT XLIX.

De PRVSSIA.

PRVSSIA siue BORVSSIA, vltima Germaniæ regio, ad mare Balticum, anno 1215. à Crucigeris Equitibus Teutonicis est subacta. Anno 1419. cùm nonnullæ prouinciæ & ciuitates Borussiæ ad Casimirum Poloniæ Regem defecissent, grauissima bella inter Crucigeros & Polonos sunt exorta. Demum anno 1525. Albertus Brandeburgicus, Lutherana hæresi infectus, exi- *Borussia.*

magistro Crucigerorum, Dux Prussiæ à Sigismundo Poloniæ Rege creatus est, & Prussia ipsa diuisa est in Regalem & Ducalem. In Prussia Regali duo sunt Episcopi, Varmiensis, qui Brunsbergę domicilium habet, & Culmensis. In Prussia Ducali duo itidem solent esse Episcopatus, Sambiensis, cuius sedes erat Regius Mons, & Pomesaniensis, cuius sedes erat Marię-VVerda: sed vtrumque dictus Albertus extinxit. Ducatum Prussię, Polonorum Regi beneficiario iure obstrictum, hodie obtinet Marchio & Elector Brandeburgensis. Sunt in Prussia plerique incolæ Lutherani: habent tamen publicum ac liberum suæ Religionis exercitium Catholici, in Monte Regio: idque beneficio Sigismundi Poloniæ Regis moderni.

CAPVT L.

De ANGLIA.

BRITANNIS Euangelium annunciasse S. Petrum Apostolorum principem. tradit Simon Metaphrastes. Sunt qui putant in illa, quam Claudius Cæsar contra istam gentem expeditionem habuit, comitem se Apostolum addidisse, cùm anni superioris initio ex Syria in Italiam appulisset, cathedræque culmen Romæ fixisset. Vt vt sit, illud ex Beda & aliis constat, Lucium Britanniæ Regem, tempore Eleutherij Papæ, Antonino & Lucio Vero imperantibus, Christo nomen dedisse. *Anglia.*

Quâ de caussa Henricus VIII. Angliæ Rex à communione Ecclesiæ Romanæ defecerit, egregiè docet Nic. Sanderus lib. de

Schismate Anglicano.

Ceterùm in Anglia duæ sunt Metropoles, CANTVARIENSIS, & EBORACENSIS, quibus quæ sint suffraganeæ Ecclesiæ, breuiter aperiam.

CANTVARIENSIS *Archiepiscopus regni Angliæ Primas. Canterburij.*

Londinensis ad Tamesim fluuium. *London*, sedes Regum Britanniæ.

VVintonensis. *VVinchester.*

{ Couentrensis. *Couentre.*
{ Lichfedensis. *Lichfilde.*

Sarisburensis. *Salisburj.*

{ Bathoniensis. *Bathe.*
{ VVellensis. *VVelles.*

Lincolniensis. *Lincolne.*

Exoniensis. *Excester.*

Hherefordensis. *Herefordeg*

Nor

Noruicensis. *Norvvick.*
Eliensis, in insula eiusdem nominis. *Eliey*, insula.
Roffensis. *Rochester.*
Cicestrensis. *Chichester.*
Vigorniensis. *VVorchester.*
Meneuensis, ad fanum S. Dauidis in VVallia siue Cambria. *Saint Dauids.*
Bangorensis in VVallia. *Bangor.*
Landauensis. *Landaff.*
Asaphensis aliàs Eluuensis in VVallia. *Saint Asse.*

Quatuor Pseudoepiscopatus, Petroburgensis, Glosceestrensis, Oxoniensis & Bristoliensis, à nobis in serie prætereuntur, vtpote ab Henrico VIII. Rege instituti.

EBORACENSIS *Archiepiscopus* Yorcke. *Suffraganei sunt,*

Dunelmensis. *Durham.*
Cestrem

Cestrensis. *Chester:*
Carleonensis. *Carrel.*

In Anglia hodieque nomen Episcoporum est in vsu, sed nomen tantùm & vestis externa, cum ceremoniis quibusdam. Quo fit, vt Protestantes Angliæ, ab ipsis etiam Caluinistis SEMIPAPISTÆ, & à nostris CALVINOPAPISTÆ nominentur. Titulos verò Episcopales nunc etiam Scoti & Hiberni vsurpant, ex decreto Iacobi Magnæ Britanniæ Regis, annis superioribus facto.

Idem Rex Puritanos, qui communem cum Geneuensibus in Gallia, Heydelbergensibus in Germania, & Gomaristis in Batauia doctrinam habent, regno suo abesse iussit, eosdémque suis scriptis acriter prosequitur.

Sunt tamen hodieque Angli Catholici longè plurimi, habentque

que sua Seminaria ac Collegia Romę, Vallisoleti, Hispali, Duaci, Louanij, Audomaropoli, Leodij & alibi.

CAPVT LI.

De SCOTIA.

SCOTI, Britanniæ insulæ populus, circa annum 203. Christi doctrinam acceperunt, Victore I. Papa agente. Ad eosdem à Pelagiana hæresi liberandos postea Celestinus I. Palladium misit. *Scotiæ*

Ab isto tempore ad nostram vsque ætatem in auita fide perstitit Scotia; quam demum Ioannes Knoxus, cum suis, hæresi Caluiniana fœdissimè infecit, ac corrupit.

Scoti insigne habent Collegium Romæ, quod subest directioni

ctioni Patrum Societatis IESV.

In Scotia duæ, vt in Anglia ab antiquo sunt Metropoles, SANCT-ANDREANA & GLASCVENSIS: quibus XI. Episcopi sunt suffraganei.

SANCT-ANDREANO *Archiepiscopo hi solent esse suffraganei,*

Dunkeldensis. *Dunckeld.*

Aberdonensis. *Aberdin,* Academia.

Morauiensis prouinciæ Episcopus in oppido Elgino residere solitus. *Mourra*, *Elgin* siue *Elgym.*

Dumblanensis. *Dumblain.*

Brechinensis. *Brechin.*

Rossensis Prouinciæ Episcop. in oppido Chanriensi residere solitus. *Rosse, Chanrie.*

Cathanensis Prouinciæ Episcop. in

in oppido Dunrodési residere solitus. *Cathnes, Dunroden*, siue *Dornok.*

Orcadum insularum Episcop. in oppido Kirkuensi & Mainelãdia insula residere solitus. *Orcknay, Kirkvvaà, Maynelande.*

GLASCVENSIS *Archiepiscopus per Sixtum IV. vt etiam Sanct-Andreanus, anno 1471. est institutus. Cui suffragantur,*

Gollouidiæ Prouinciæ Episcop. in oppido Candidæ Casæ residere solitus. *Gallovvay. VVithory.*

Lismorensis, in Argathelia Prouincia. *Lismor.*

Hebridum, seu insularum ad Occidentem Episcop. in insula & monasterio S. Columbi residere solitus, qui & Sodorensis dici

dicitur. *Illis, Colmkil.*

Ceterùm vt reliqui ferè orbis Episcopi certas diœceses non habuerunt, antequàm Dionysius Roman. Pontifex circa annum 268. eas distribuisset; ita Scotorum Episcopi munera episcopalia, quocumque essent loco, sine discrimine obierunt, vsquè ad Malcolmi III. Regis tempora, cùm suis finibus ac limitibus circa annum 1070. diœceses fuerunt circumscriptæ. Decursu demum temporis hæc apud Scotos stabilita fuit hierarchia, vt duo essent Archiepiscopi, Sanct-Andreanus & Glascuensis: quorum ille Primas totius Scotiæ esset, & octo haberet Episcopos suffraganeos, tres verò Glascuensis: vt suprà ostendimus.

CAPVT LII.
De HIBERNIA.

HIBERNIA, Britannici Oceani insula, vulgò *Irlandia*, habet quatuor Archiepiſcopatus, Armachanum, Dublinienſem, Caſſilienſem & Tuamenſem, anno 1151. auctoritate Eugenij III. per Ioannem Paparonem, Legatum Apoſtolicum inſtitutos: vt tradit Baronius. Sed Camdenus ex Philippo Flatebutrienſi tradit illos anno 1152. inſtitutos auctoritate Apoſtolica, per Chriſtianum, Epiſcopum Liſmorienſem, Hiberniæ Legatum. Illud conſtat, fuiſſe olim in Hibernia ſedes Archiepiſcopales quatuor, Epiſcopales autem triginta & vnam aut circiter. Ceterùm Reges Angliæ dicti fuerunt *Hibernia.*

Hiber

Hiberniæ Domini, iam inde à Ioanne Rege, vſque ad Henricum VIII. qui primus Hibernię Regem ſe ſcripſit. Quem regni Hiberniæ titulum anno 1550. Paulus IV. Papa confirmauit, cùm Philippus Rex & Maria Regina Legatos Romã miſiſſẽt, vt tradit idem Camdenus. De Hibernia ſcripſit Giraldus Cambrenſis: quem commentario à ſe auctum edidit * Richardus Stanihurſtus, nuper Sereniſſimo Alberto Belgarum Principi à Sacris. Exſtat & Hiberniæ deſcriptio, itémque veteres Annales Hibernici apud Camdenum, in Britannia. Qui verò, & quot Epiſcopi ſingulis olim Metropolitanis fuerint ſubiecti, ex ſubiuncta ſyllabo Lector diſcet.

* *Obiit an. 1618. Bruxellis.*

ARMA

ARMACHANVS *Archiepiscopus in Vltonia, & Primas Hiberniæ.*

Armach.

Dunensis.	*Duy, Dovvne.*
Conerensis.	*Conner.*
Derensis.	*Derry.*
Mediensis.	*Mieth.*
Clocherensis.	*Clocher.*
Ardachensis.	*Ardache.*
Kilmorensis.	*Kilmore.*
Raporensis.	*Rapho.*
Dromorensis.	*Dromoore.*
Cluanensis.	*Kiloom.*
Dunckeranensis.	*Dondalik.*

DVBLINIENSIS *Archiepiscopus in Lagenia.* Dublin, *sedes Proregis & olim Academia anno 1320. instituta. Huic subesse solent,*

Kilkenniensis, aliàs *Osseriensis.*

Kil

Kilkenny, Ossery.

Kildarienſis.	*Kildare.*
Fernenſis.	*Ferns.*
Lechlinienſis.	*Leghlin.*
Glendelacenſis.	*Glendelagh.*

CASSELENSIS *Archiepiſc. in Momonia.* Cashel.

Limericenſis.	*Limricke.*
Liſmorenſis.	*Liſmor.*
Roſſenſis.	*Roſſe.*
VVaterfordienſis.	*VVaterford.*
Emlienſis.	*Emmelen.*
Corcagienſis.	*Corcke.*
Limbricenſis.	*Lymbrick.*
Clonenſis.	*Clon.*

TVAMENSIS *Archiepiſc. in Connacia.* Toam.

Suffraganei,

Duacenſis.	*Galuben.*
Achadenſis.	*Achade.*

Alach

Alachdenſis. *Alache.*
Olfinenſis. *Olfin.*
Roſcomenſis. *Roſcoman.*
Clonferrenſis. *Clonfert.*
Killaloenſis, à quibuſdam additur. *Killaloe.*

Hiberni duo habent inſignia Collegia in Hiſpania, nimirum Salmanticæ & Compoſtellæ, Societatis IESV Patribus commiſſa, itémque vnum apud Belgas in Academia Duacena.

Habent item Franciſcani Hiberni inſigne monaſterium Louanij, quod anno 1618. à fundamentis exſtruxerunt; fauente in primis Sereniſſimo Archiduce Alberto, Belgarum Principe, qui primum in templi fundamentis lapidem poſuit. In hoc monaſterio primùm editus eſt Catechiſmus lingua Hibernica: cuius characteres prorſus diuerſi ſunt ab omnibus Europæis.

Ceterùm Hiberni, quasi naturæ quodam ductu, & spontanea inclinatione, Religionis Catholicæ sunt studiosissimi: vt non immeritò Hibernia iam olim INSVLA SANCTORVM speciali nomine sit nuncupata.

CAPVT LIII.

De Regno DANIÆ.

Dania. VNI eidémque Regi parent DANIA, NORVEGIA, SVECIA, ISLANDIA, GRONELANDIA & variæ insulæ his prouinciis vicinæ.

Dania, Septemtrionalis Oceani peninsula, habet Archiepiscopum Lundensem, ab Vrbano II. anno 1092. creatum: cui Primatis titulum Adrianus IV. anno 1159. adiunxit. Huic suffragari solent Episcopi,

Roschil

Roſchildenſis. *Roſchilt.*

Othonienſis, in Funia. *Odenſea.*

Sleſuicenſis, per Othonem Magnum Imperatorem anno 922. dotatus. *Slezvvick.*

Ripenſis, per eumdem. *Rype.*

VViburgenſis. *VViburg.*

Arhuſienſis, per eumdem. *Arhuſen.*

Dania, Noruegia, Suecia, Iſlandia, vicinæque Prouinciæ & inſulæ, purum putum hodieque ſeruant Lutheraniſmum, & retinent non paucas etiamnum ceremonias Catholicas, adeóque Caluiniſmum odio habent.

CAPVT LIV.

De Regno NORVEGIÆ.

NIDROSIA iure metropolitico per Eugenium III. anno 1148. donata eſt: & attribu- *Noruegia.*

ti Antistites isti, tanquam suffraganei,

Bergensis. *Bergen*, emporium.
Stauangarensis. *Staffanger.*
Hammariensis. *Hammar.*
Gronelandensis. *Groenlandt.*
Scalholtanus, in Islandia. *Scalholt.*
Holensis. *Hola.*

Orcadensis & Sodorensis seu Insulanus Episcopi à quibusdam adiunguntur: qui tamen ab aliis Glascuensi Archiepiscopo in Scotia subiiciuntur; fortasse post Orcades & Hebrides insulas à Scotis occupatas.

CAPVT LV.

De Regno SVECIÆ.

Suecia. SVECIA, regio nota Plinio, omnium Aquilonarium est fertilissima. Post Crantzium, de Gotho

Gothorum Suecorúmque Regibus, itémque de Episcopis Succiæ scripsit Ioannes Magnus.

Est autem in Succia vnicus Archiepiscopus, nimirum Vpsaliensis, per Eugenium III. Papam anno 1148.creatus: cui sex Episcopi solent suffragari,

Scarensis anno 1026. *Scar.*

Lincopensis. *Lincopen.*

Stregenensis. *Stengenes.*

Aboensis in Finlandia. *Abo.*

Arosiensis. *Aroesen.*

Vellimenensis. *Vellimen.*

Tota hodie Suecia, cum Gothia viciníśque prouinciis, hæresi Lutherana est infecta.

CAPVT LVI.

De MOSCOVIA.

MOSCI Metropolitā suum, in Moscua vrbe residen- *Moscouia.*

I 3 tem,

tem, à Patriarcha Constantinopolitano accipere olim habent. Huic subesse solent Archiepiscopi duo, Rostouiensis & Nouogardiensis: Episcopi autem octo, Cortizensis, Rezaniensis, Columnensis, Casanensis, Vologdensis, Tueriensis, Smolenscensis, & Susdaliensis. Habent autem Mosci multos errores cum Græcis communes, de quibus vide Posseuinum in Moscouiæ descriptione.

SMOLENSCUM hodie tenent Poloni, cum magna parte Moscouiæ.

De characteribus Moscouiticis, qui è Græcis sunt deprauati, vide suprà cap. 42.

CAP

CAPVT LVII.
De GRÆCIÆ *& Patriarchatus* CONSTANTINOPOLITANI *statu.*

GRÆCIA, omnium penè artium ac scientiarum olim inuentrix ac cultrix, hodie maxima ex parte Turcarum tyrannide oppressâ iacet. Veneti partem aliquam possident, sed ferè in mari, vel ad mare. De hodiernis Græcorum moribus scribit fusè Bellonius, Obseruationum lib. 1. cap. 3. & sequentibus. Græcanicarum Ecclesiarum statum sub Imperio Turcico, iam inde ab expugnata Constantinopoli vsque ad hæc tempora, fusè describit Martinus Crusius in suâ Turco-Græciâ, sed cautè legenda. *Græcia.*

Conftan-tinopolis. In ipfa vrbe CONSTANTINOPOLITANA hodieque multi viuunt homines Chriftiani, ritus Latini, quos vulgò *Caffalucos* vocant, ex oppido Caffa per Mahometem Turcarum Regem eò tranflati: & poffident templum S. Nicolao facrum.

Pera. In vrbe PERA, quæ non nifi canali feu finu maris à Conftantinopoli eft feiuncta, præter Legatos Principum Chriftianorum, aliquot millia viuunt è noftris. Ibidem Francifcani, Dominicani, Carmelitæ, & Benedictini fua habent monafteria ac templa.

Benedictinorum Abbatia, B. Mariæ facra, iam inde ab anno 1449. fubeft Congregationi Caffinenfi, feu S. Iuftinæ de Padua, & plurimos habet reditus ac prædia in ditione Genuenfi.

Habent item Perę Collegium, ac

ac ſcholas cùm Græcas tum Latinas, Patres Societatis IESV, idque beneficio Henrici IV. Galliæ Regis; Græcanicis porrò Eccleſiis vnus olim Patriarcha Conſtantinopolitanus præſidebat: hodie verò plures Græcanici per Orientem Patriarchæ exiſtunt: nimirum Conſtantinopolitanus, qui Conſtantinopoli; Alexandrinus, qui Cairi; Damaſcenus, qui Damaſci; & Antiochenus, qui Antiochiæ ſedem habet. De quibus ſic Bellonius lib. 1. Obſeruationum cap. 35. *Licèt Græcanicæ Eccleſiæ caput, Patriarcha nuncupatus, Conſtantinopoli ſedem habeat, plerique tamen alij idem nomen ſimilémque poteſtatem obtinent in iis prouinciis, quibus præſunt. Nam Patriarcha* ALEXANDRINVS *abſolutam poteſtatem habet in eos, qui Græcos ritus obſeruantes in Ægypto &*

Arabia viuunt, magnificásque in Memphi, siue in Cairo habet ædes, quas vidimus; ædibus Patriarchæ Constantinopolitani (qua peculiari nomine Patriarchatus nuncupantur) non multum inferiores. Alius Patriarcha DAMASCI *residet, qui absolutè imperat omnibus monasteriis & hominibus Græcam religionem amplectentibus, Syriámque incolentibus: ísque cogitur singulis annis adesse decima quinta die Augusti, in monasterio supra montem Libanum, vt istic Liturgiam celebret. Est præterea alius Antiochiæ, qui monasteriis & aliis Christianis Græcis præest, qui Barut, Tripolim, Haleb, aliaque plurima Asiæ loca inhabitant. Turcarum Imperator hos Patriarchas sua religione vti permittit, modò tributum persoluant. Dicitur verò Constantinopolitanus pro monasteriis in monte Atho sitis aliísque per Europam sparsis, duodecies mille du-*


catos

catos aureos pendere. Porrò cùm istorum Patriarcharum quispiam è viuis excessit, Episcopi & Metropolitani, qui nostrorum Cardinalium instar sunt, conueniunt, vt alium eligant. Perpendendum autem est neminem Patriarcham creari posse, nisi primùm Metropolitanus fuerit, quod cum Pontificia constitutione ferè conuenit. Hactenus Bellonius. Qua verò ratione Patriarcharum Byzantij, Alexandriæ, Antiochiæ, & Ierosolymorum, itémque Archiepiscopi Iustinianæ primæ (quæ vrbes omnes sub Imperio Constantinopolitano fuêre) designatio quondam fieri soleat; Curopalates explicat libro de Officialibus Palatij Constantinopolitani.

CAPVT LVIII.

De CYPRO, CHIO, *aliisque insulis maris* ÆGÆI.

Cyprus. Chius. IN maris ÆGÆI insulis plurimæ passim viuunt familiæ Christianæ, ritus Latini, Græcis ac Turcis mixtæ: quibus sacra ferè administrant Patres Franciscani, aut Dominicani. In CHIO vrbe numerantur decem circiter millia hominum, nostræ Religionis ac ritus: quibus Episcopus Latinus præest, à Romano Pontifice confirmatus. In eadem vrbe Residentiam habent Patres Societatis IESV.



POLITIÆ ECclesiasticæ, *siue* STATVS RELIGIONIS CHRISTIANÆ PER ASIAM

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.
De ASIÆ *statu in communi.*

ASIA, inter tres Orbis partes veteribus notas, omnium latissimè patet. Eam hodie partim Turcæ, partim Persę, partim Moscoui *Asia.*

scouitæ, partim Tartari, partim Rex Catholicus in Indiis cis & vltra Gangem, aliíque Principes ac populi possident. Ex his alij sunt Christiani, Orthodoxi aut Schismatici, alij Mahumetani, alij Idololatræ, alij Iudæi.

CAPVT II.
De IACOBITIS.

IN Oriente variæ sunt nationes hominum Christianorum, vt IACOBITÆ, MARONITÆ, NESTORIANI, ARMENII, COPHTI, MELCHITÆ, GEORGIANI, & alij, partim orthodoxi, partim schismatici.

Iacobitæ. IACOBITÆ dispersi sunt per ciuitates, terras & oppida Syriæ, Mesopotamiæ, & Babyloniæ, aliis nationibus mixti, & numerum quinquaginta millium familiarum facilè excedunt, pau-

percu

perculi plerique ac quotidiano labore victum quæritantes. In ALEPPO tamen & CARAMET, multæ ſunt diuites & honeſtarum facultatum familiæ, aliæque mercaturam exercentes. Eccleſia Patriarchalis huius nationis eſt in Meſopotamia, extra vrbem MORADIN, in monaſterio Zafran: ſed Patriarcha reſidet in vrbe CARAMET, ad maiorem ſui ac ſuorum commoditatem & quietem. Sub eius obedientia viuunt hodie Ieroſolymitanus & Muſalenſis Metropolitani, Damaſcenus, Edeſſanus, Cyprius & Caramitanus Archiepiſcopi, itémque Epiſcopi in ATAFRA, SALACH, TARACH, MAADEN, HARTBERT, & alij non pauci.

De Iacobitis, eorúmque erroribus vide plura in noſtra Notitia Epiſcopatuum lib. 1. cap. 15.

&

& infrà cap. 5. ex Petri Strozæ Disputatione de Chaldæorum dogmatibus.

CAPVT III.

De MARONITIS.

Maronitæ.

MARONITÆ Pontificis Romani doctrinam constanter obseruant, & Libanum Syriæ montem ferè incolunt. Nonnulli tamen & Damasci, Aleppi atque in Cypro agunt. Horum omnium Patriarcha sedem habet in monte Libano, in loco, qui dicitur CHENVBIN, siue in cœnobio monachorum Ordinis S. Antonij, quod 20. passuum millibus distat à Tripoli Syriæ vrbe, mercatu celebri. Huic suffraganei sunt octo aut nouem Episcopi, vtuntúrque linguâ Chaldæâ in sacris, Arabicâ autem

autem vulgariter. Nationis huius Patriarcha, Innocentio III. Pontifice, Concilio Lateranensi interfuit. Maronitarum hodie Patriarcha titulum Patriarchæ Antiocheni ambit, allegátque diplomata à Paulo II. Hadriano VI. aliísque Pontificibus data. In Hadriani VI. diplomate XXII. die Octobris M.D.XXII. dato sic legitur: *Venerabili Fratri Petro Patriarchæ, sedenti supra sedem Antiochenam.* De his plura vide apud Vitriacum lib. 1. cap. 78. Tyrium lib. 22. cap. 8. & Baronium tom. 12. Annalium, in fine anni M.C.LXXXII.

Maronitæ habent Romæ Collegium insigne, à Gregorio XIII. excitatum ac dotatum, quod Patres Societ. IESV moderantur.

CAPVT IV.

De NESTORIANIS.

Nestoriani. NESTORIANI, à Nestorio hæresiarcha iam olim damnato sic dicti sunt. Est ea natio, inter Christianas Orientales, longè numerosissima ac copiosissima, duobus Patriarchis subiecta. Eorum alter, Babylonis Patriarcha nuncupatus, residere solet in monasterio S. Hermetis, apud oppidum MVSAL, in prouincia Babyloniæ; & fuit is hactenus schismaticus, vsque ad tempora Pauli V. Papæ, quibus Elias Patriarcha Babylonis ad communionem Ecclesiæ Romanæ rediit: vt sequenti capite docebo.

Alter, Assyriorum Orientalium Patriarcha nuncupatus, primùm in CAREMET, postea in

ZEI

ZEINALBACH, in confinibus Perſidis, reſedit, vbi hodieque reſidet, potentia cedens Patriarchę Babylonis. Aſſyriorum porrò Orientalium Patriarchæ, iam inde à temporibus Iulij III. Papæ, fuerunt orthodoxi; videlicet SIMON SVLACHA, à Iulio III. ordinatus; ABDIESV, qui Concilio Tridentino interfuit, AHATHALLA, eiúſque ſucceſſor DONHÆ SIMON, qui anno 1582. Pallium Patriarchale à Gregorio XIII. obtinuit, quique primus ex Claremet in prouinciam Zeinalbach ſeceſſit. Vbi hodieque reſidet alter SIMON, Donhæ ſucceſſor. De vetuſtis Neſtorianorum erroribus vide noſtram Notitiam Epiſcopatuum lib. I. cap. 16.

CAPVT V.

De natione CHALDÆORVM, *qui hactenus vocati sunt* NESTORIANI, *déque eorum Patriarcha in Babylone residente.*

Chaldæi. CHALDÆORVM gens olim ſapientia, opibus, imperio adeò celebris, hodie miſera ſeruitute oppreſſa, Turcis ac Perſis ſubiacet; diuersiſque nationibus admiſta, Meſopotamiam incolit, per vicinas regiones, Indiam vſque Orientalem, diſperſa, Chriſti fidem profitetur; ſed erroribus infectam grauiſſimis, pro quorum differentia Chaldæi quoque inter ſe diuiduntur. Nam alij ex ipſis appellantur IACOBITÆ, alij NESTORIANI.

Iacobitæ. IACOBITÆ à Iacobo Dioſcori

cori discipulo dicti, hæresim Eutychianam sequuntur, quamquam Eutychem anathematizent. NESTORIANI Nestorianam; atque vtraque pars proprium habet Patriarcham. *Nestoriani.*

Qui Iacobitas regit, Antiochenum se Patriarcham nominat, etiamsi minimè illam Ecclesiam obtineat: sed in AMED, seu CHAREMET resideat; quæ ciuitas est valdè nobilis, & ampla in Mesopotamia. Ad quem Gregorius XIII. Nuncium Apostolicum misit, cum confirmatione Patriarchatus, ac Patriarchali pallio, LEONARDVM ABELEM, Episcopum Sidoniensem, anno salutis M. D. LXXXIII. spe motus, quam in eo excitauerat reconciliationis illius Patriarchæ, cum sancta Apostolica sede, NEHEMES eius frater, olim & ipse Iacobitarum Patriarcha, qui *Leonard. Abel.*

qui declinandæ Turcarum persecutionis caussa ad Gregorij charitatem confugerat. Legationis suæ successum parum felicem, Episcopus Sidoniensis in Italiam reuersus, infecta re, renunciauit postea Sixto V. commentario diligenter conscripto, in quo multa scitu digna leguntur de hac natione.

Babylon. Nestorianorum autem Patriarcha Ecclesiæ Babylonis præest, eiúsque residentiæ locus est Monasterium ad oppidum MVSAL, *Musal.* in ruinis antiquæ Niniuis, vt aiunt, ædificatum. Diffident inter se Iacobitæ, atque Nestoriani odio implacabili: sed Nestoriani numero atque opibus præstant, quorum ad trecenta millia, & ampliùs domorum recensentur: cùm familiæ Iacobitarum numerum octoginta millium non excedant. Itaque Patriarchæ Nestoria

ſtorianorum ampliſſima eſt au-ctoritas, eaque in Indiam ſe Orientalem extendit.

Nam Chaldæi, qui Goæ, Cochini, Angamalæ, atque in inſula S. Thomæ ante aduentum Patrum Societatis IESV, reperiebantur, omnes pariter profeſſione Neſtoriani, obediebant Patriarchæ Babylonis. Nunc quidem magna eorum pars, ſtudio ac diligentia dictorum Patrum Societatis IESV, ad Eccleſiam S. Catholicam reuérſa ſummum Pontificem colit: defunctóque nuper Metropolitano Chaldæo, ſucceſſorem ab Apoſtolica ſede ſuſcepit Archiepiſcopum Angamalenſem à Clemente VIII. ex Societatis IESV ordinatum. *Angamalenſis Archiep. in India.*

Ante Pontificatum Iulij III. nomen huius Patriarchæ ignotum penè noſtris fuiſſe videtur: neque de ipſo, neque de Chal-

dæo

dæorum natione mentionem vllam factam fuisse in Pontificum Romanorum monumentis reperio. Sedente verò Iulio III. cùm nonnulli ex Chaldæis Nestorianis se ab obedientia Patriarchæ subtraxissent, detestatáque Nestoriana hæresi in communionem venissent Catholicæ Ecclesiæ, illis summus Pontifex, vt postulauerant, Patriarcham ordinauit eundem, quem ipsi hac de causa legauerant; SIMONEM SVLACHAM, Ordinis S. Pachomij monachum.

Simon Sulacha.

Is cum Patriarchali pallio, atque titulo Patriarchæ Assyriorum Orientalium ad suos rediit: & in Charemet siue Amed residens, Archiepiscopos & Episcopos ac sacerdotes quàm plurimos ordinauit. Sic igitur Chaldæorum natio, vni Patriarchæ Babylonis vsque ad illa tempora subie

Assyrij Orientales.

ſubiecta, in duas partes diuiſa fuit.

Sulacha deinde à Turcis, aduerſariorum operâ, vt fertur, è viuis ſublato, ſufficitur in eius locum ABDIESV, eiuſdem Ordinis monachus, vir mirificę eruditionis, linguarum varietate, & ſacrarum literarum notitia inſignis: de quo in vita Pij IV. præclara fit mentio, cuius Pontificatu Romam venit pro confirmatione, qui & Tridentino Concilio interfuit. Eius autem effigies depicta conſpicitur in aula Regia palatij Vaticani, inter Cardinales, cæteróſque Prælatos Alexandro III. aſſiſtentes, Imperatorem Fridericum pœnitentem Venetiis recipienti. *Abdieſu.*

Plurimum quidem profecit Abdieſu, multóſque ex Neſtorianis ad Eccleſiam Catholicam conuertit, acceptámque ab Apo-

stolica sede auctoritatem valdè propagauit, quam eius successores postea conseruare sibi aut nescierunt, aut non potuerunt. *Abathalla.* Nam qui ei successit AHATHALLA, & ipse monachus eiusdem Ordinis, parum vixit, & *Donha Simon.* DONHA SIMON, postea ex Archiepiscopo Gelu & Seert factus Patriarcha, nec doctrina, nec ætate idoneus tanto muneri; tempore, quo Leonardus Episcopus Sidoniensis in Orientem profectus est Nuncius Apostolicus, relicto CHAREMET, vbi alij Patriarchæ Orientalium Assyriorum resederant, in Prouinciam ZEINALBACH secesserat ad fines Persidis; potentiæ cedens Patriarchæ Babylonis. *Simon.* Quo loco etiam hodie manet eius successor, SIMON quoque & ipse vocatus, existimatione ac numero subiectorum, vt accepimus,

mus, prædecessoribus longè inferior.

Ita vt Patriarchæ Babylonis status nunc videatur in pristinum restitutus, æmulo sponte sua quasi in exilium relegato. Igitur qui modò sedem Babylonis obtinet, MAR ELIAS, Chaldæorum Patriarcha, multo minus, quàm prædecessores sui, domestico dissidio laborat, subiectámque sibi nationem pacificè gubernat; Metropolitis & Episcopis, Cleróque non modò illi obtemperantibus, sed ipsum valde diligentibus. *Mar Elias.*

Sic ferè Petrus Stroza, Paulo V. Papæ à Secretis, in sua Disputatione de Chaldæorum dogmatibus, quam anno 1617. Romæ & Coloniæ publicauit.

Ceterùm Leonardus Abel patriâ fuit Melitensis, adcóque idiomatis Arabici peritis-

simus, quod ea in insula est vernaculum: obíitque Romæ anno Christi 1605. aut sequenti. Ex eius manuscriptis commentariis, de Orientalium nationum Christianarum statu, nos multa publicauimus in Notitia Episcopatuum, typis Plantinianus edita. Exstant autem commentarij isti manuscripti Romæ, in Bibliotheca instructissima Cardinalis Ascanij Columnæ, quam libris Guilielmi Sirleti, itidem Cardinalis, mirificè auctam is gentilibus suis reliquit. Fuerat idem Columna protector ac curator omnium nationum Orientalium, temporibus Gregorij XIII. Papæ successorum.

CAPVT VI.

De Conciliatione fidei CHALDÆORVM *cum fide* S. ROMANÆ *Ecclesiæ, déque obedientia Paulo V. Papæ præstita, per Eliam Patriarcham Babylonis.*

CONTIGIT (ita disponente diuina prouidentia) vt inter eos pauperes, quibus anno primo Pontificatus sui Paulus V. solenni ritu, pedes lauit, quinta feria Maioris hebdomadæ, duo reperirentur Chaldæi, vnus monachus, alter laicus, qui Sanctorum Apostolorum limina visitaturi paulo antè Romam venerant.

Hi postea domum reuersi, cùm renunciassent Elię Babylonis Patriarchæ, cuius obedientiæ sub-

iacebant, quanta paterni amoris significatione eos Summus Pontifex excepisset, eiúsque nomine nonnulla munera illi attulissent; & libellum reddidissent professionis fidei, quæ Orientalibus ad vrbem venientibus credenda, confitendaque proponitur, ipse tanta in se suósque commotus charitate, quamprimùm legatos ad Summum Pontificem decreuit, qui ei gratias agerent; vtque communem patrem ac dominum agnoscerent, & illius obedientiæ subiectum se esse significarent. Profitebatur enim Patriarcha vnum idémque cum Sancta Romana Ecclesia de fide sentire. Nam Chaldæi Sedem Babylonis ab Apostolica Sede constitutam, & subinde fidei doctrinam ab eadem accepisse, constanter asserunt.

Et quamquam manifestissimis

impli

implicati ſint Neſtorij erroribus atque hæreſibus, oſtendere nihilominus omni ſtudio contendunt, differentiam inter nos & ipſos conſiſtere in verbis tantummodo, non autem in ſenſu verborum. Legati ſtatim ac iter ingreſſi ſunt, in latrones inciderunt: itaque alios decernere oportuit. Multis & hi quoque calamitatibus afflicti, etſi Romam peruenerint, nihil egerunt, imò legationem ſuam ſuſpectam reddiderunt. Perterriti enim, quia audiuiſſent quàm execrabile eſſet & quàm odioſum apud nos Neſtorij nomen, vt Neſtorianæ hæreſis inuidiam declinarent, nonnullas abſtulerunt paginas, ex libris, quos ad recognoſcendam doctrinam fidei, quam profitentur, & Eccleſiaſticos eorum ritus, obtulerant; ita perſuaſi à ſubdolo quodam interprete Neo-

phyto antea Hebræo: propterea dimissi, re infecta, abierunt.

Quod cùm in eorum reditu Patriarcha postea intellexisset, & ex his, quæ Legatis in vrbe acciderant, cognouisset negotium eorum imprudentia perturbatum inuersúmque fuisse, statuit initio cum Episcopis suis consilio denuò Legatum mittere, qui non tantùm officia obedientiæ atque obseruantiæ summo Pontifici debita præstaret; sed rationem fidei, quam Chaldæi profitentur, redderet: & si error aliquis in eorum professione reperiretur, correctionem humiliter ab eo postularet. Legatio demandatur ADÆ seu ADAMO Archidiacono Cameræ Patriarchalis, monachorum Chaldæorum Archimandritæ, viro docto & prudenti.

Is ad vrbem, anno tertio à discessu

cessu priorum Legatorum, venit, & Paulo V. Papæ literas Patriarchæ sui reddidit, & cum illis fidei professionem, atque commentarium à se iussu Patriarchæ sui compositum, de conciliatione dogmatum Chaldæorum cum fide Catholica; postulauítque summa animi demissione, vt cuncta diligenter examinarentur expenderentúrque, & pro necessitate saluti eorum consuleretur.

Epistola Eliæ Patriarchæ Babylonij ad Paulum V. & alia eò spectantia exstant apud Petrum Strozam lib. citato.

Adamo autem ad suos redeunti ab eodem Pontifice, presbyteri duo ex Societate I E S V, Ioannes Anton. Marietius, & Petrus Metoscita, viri docti ac pij, sunt adiuncti: vt in Babylonica Ecclesia vniuersa reducenda omnes animi vires intenderent: vt narrat

Nic. Godignus *lib. 1. de rebus Abassinorum.*

CAPUT VII.

De ARMENIIS.

Armenij. ARMENA natio, longè copiosissima, duobus Patriarchis primariis subiicitur: quorum vnus est Armeniæ Maioris, residens in monasterio ECMEAZIN prope oppidum ERVAN in Persia: alter autem Armeniæ Minoris, residens in oppido SIS, in Cilicia, hodie dicta Caramania, sub Turcarum imperio. Alij insuper Primates seu Patriarchæ nationis Armenæ, fauore Turcarum creati reperiuntur, vt in vltimis Persiæ finibus, atque in ipsa etiam vrbe Constantinopolitana: súntque ferè exactores tributorum, quæ familiæ Armeni-

cæ

cæ Turcis ſoluere coguntur, & quandoque Patriarcham Armeniæ Maioris, pró ſuo ſuperiore, nolunt agnoſcere. Familiæ, quæ Patriarchæ maioris Armeniæ ſubſunt, excedunt numerum centum & quinquaginta millium, præter monaſteria plurima, Epiſcopos in ciuitatibus BETLIS, CARAMIT, ANGVR, & aliis quamplurimis; ſacerdotes item monachos & diaconos permultos.

Patriarcha verò Minoris Armeniæ habet ſub ſua obedientia XXIV. Prælatos, Epiſcopos & Archiepiſcopos, familiarum verò circiter viginti millia, in ciuitatibus caſtelliſque Syriæ & Ciliciæ agentia, prçter cœnobia monachorum, ſacerdotes, clericos & diaconos quamplurimos. Huius nationis Patriarcha Azarias profeſſionem fidei à Leo-

nardo Abele Episcopo Sidoniensi sibi propositam amplexus est; subscriptámque cum epistolis suis ad Gregorium XIII. Romam transmisit.

Spectat autem electio Patriarchæ Minoris Armeniæ ad XII. Episcopos, ceteris dignitate superiores, viciniorésque Ecclesiæ Patriarchali. Quandoque tamen à populo Armeno, fauore & iussu Præfectorum Turcicorum, Patriarchæ creantur: & postmodum ab Episcopis & Archiepiscopis consensum obtinēt. Viuit autem Patriarcha ex oblationibus & Eleemosynis: antiquitus autem ex quaque domo Maidinum (qui tertia pars vnius Iulij seu Regalis est) quotannis recipiebat, qua pensione ipsum Turca priuauit. Hodie ex continuis suæ nationis visitationibus, ac mulctis delinquentium, se suósque ferè alit.

Ha

Habent autem & Armenij, ſub ditione Regis Poloniæ commorantes, proprium ſibi Metropolitam ſeu Epiſcopum, Leopoli, in Ruſſia reſidentem: vt Mart. Cromerus tradit, & nos ſuprà lib. 1. explicuimus.

De Armeniorum veteri ac moderno ſtatu, déque eorumdem erroribus, vide Notitiam noſtram Epiſcopatuum *lib. 1. cap. 17. & ſequenti.*

Exſtat Profeſſio fidei Catholicæ, characteribus Armenicis Romæ edita. Eſt autem lingua Armenica propago Hebraicæ.

CAPVT VIII.

De FRANC-ARMENIS.

AD ARMENIORVM conuerſionem anno 1337. temporibus Ioannis XII. Papæ, miſ- *Franc-Armeni.*

ſus

ſus eſt B. BARTHOLOMÆVS PARVVS Bononienſis, Ordin. S. Dominici Sodalis, & primus Archiepiſcopus Nexiuanenſis, qui non ſine opinione ſanctitatis defunctus, quieſcit in Carnâ oppido ac monaſterio ſui Ordinis. Ab iſto Bartholomæo, eiúſque ſociis, Armeniæ Maioris incolæ doctrinam Orthodoxam hauſerunt, quam hodieque retinent, ideóque Franc-Armeni nuncupantur. Turcæ enim, Perſę, aliíque Orientis populi, Chriſtianos homines Europæos vulgò Francos nominant. Sunt autem Franc-Armenorum hodieque multa millia, quibus Archiepiſcopus Nexiuanenſis præeſt, qui (vt & alij omnes illius prouinciæ ſacerdotes ac monachi) inſtitutum S. Dominici ſequitur. Oppida quę Franc-Armeni incolunt, ſunt iſta, NEXIVANVM,

ABBARANVM, ABBRAGONVM, CARNA, SALTACH, HASCASSEN, MEASCEN, CARSANXHABVNIS, GIAHVG, CARAGVS, CHENSVS & ARTACH: quibus in oppidis monasteria non pauca Dominicani sodales habent. Nexiuanensis basilica Archiepiscopalis in Mosqueam per Mahumetanos est conuersa: ideóque solet Archiepiscopus residere in æde ac monasterio Abbaranensi, quod diei vnius spatio à Nexiuano distat. Fuit autem Nexiuanensis basilica cathedralis, S. Thomæ Apostolo sacra. Ad cuius Ecclesię Archiepiscopatum à Clemente VIII. anno M. DC. IV. promotus est AZARIAS FRIDONIVS, natione Armenus, Ordinis S. Dominici, qui confirmationis obtinendæ caussa ex Armenia in Vrbem venerat. Ne-

xiuanum porrò situm est in Armenia maiore, sub ditione Persarum.

CAPVT IX.

De MELCHITIS, *seu* GRÆCIS *Schismaticis.*

Melchita. MELCHITÆ dicuntur à vocabulo *Melech*, quod Regem seu Principem sonat, eò quòd isti in negotio Religionis olim soliti sint sequi exemplum & auctoritatem Imperatorum Constantinopolitanorum. Huius generis sunt Græci omnes, qui per Asiam ritus Græcorum obseruant, quíque Patriarchis Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino & Ierosolymitano parent. Ex his Antiochenus non Antiochiæ, sed Damasci residet.

Qua

Quatuor isti Patriarchæ, vt vocant, Melchitæ solent ab Episcopis prouinciarum eligi, & à Turcarum Imperatore confirmari, vt suprà *lib.* 1. *cap.* 57. diximus. Ij Metropolitanos & Episcopos sibi subditos creant: vt ceteri ferè omnes Patriarchæ nationum Orientalium.

Sunt autem omnes isti Melchitæ Antistites, tam Patriarchæ quàm Episcopi, Ordinis S. Basilij monachi, adeóque cœlibes. Cuius quidem instituti monasteria per Græciam totúmque Orientem sunt longè plurima; inter quæ eminent cœnobia S. Sabæ in Ierusalem, & S. Catharinæ in Sina monte Arabiæ, itémque Montis Athos, quem Sanctum vocant.

Melchitæ porrò infecti sunt vetustis Græcorum erroribus, quos Concilium Florentinum

alia

aliaque damnarunt : & constituunt nationem longè numerosissimam inter omnes Christianas Orientales. Occupant enim non modò Græciam, sed etiam Asiam minorem, Syriam, Ægyptum, vicináſque Prouincias.

Solent etiam inter Melchitas numerari Georgiani, Mingrelli, Circassij, & alij populi.

CAPVT X.

De GEORGIANIS.

Georgiani. GEORGIANI, veteribus IBERI ASIATICI, olim agnoscere solent Patriarcham Constantinopolitanum: sed hodie ab eo sunt alieni, vtpote inter Persas nunc potissimùm viuentes; nec à doctrinâ Ecclesiæ Romanę valdè abhorrentes. Subsunt variis Principibus ac domi-

nis.

nis. Inter alios fuit Alexander Cainus, qui cum tribus hominum millibus iuuit Persarum Regem ad Taurisium Medorum vrbem, aliaque oppida anno 1604. Turcis eripienda. Vitriacus Hist.Oriental.cap. 80.scribit eos nuncupari Georgianos, eò quòd S. Georgium, quem in prœliis suis contra gentem incredulam, habent Patronum, summa cum reuerentia colant, & præ aliis Sanctis specialiter honorent. Addit eosdem, in confinio Persarum, Medorum & Assyriorum commorari, & Græcorum idiomate in Scripturis diuinis vti, Græcorúmque consuetudines in Sacramentis obseruare. Habent iidem suos hodie Episcopos, ac monachos: vt ex Relationibus Augustinianorum è Persia missis didici. De Georgianis vide plura in Relationibus

Ioan.

NOLA,patriâ Tartarus,ſed origine Geneuenſis,patrum memoriâ ad Stephanum Batorium Poloniæ Regem miſſus eſt.

Tartaros Religionem Chriſtianam ſeriò amplexos lego, tempore Nicolai IV. in Concilio II.Lugdunenſi. Lego item à Clemente V. IOANNEM A MONTE CORVINO, Ordin. Minorum,circa annum M.CCC. V.Tartaris datum Archiepiſcop. Cambalienſem.

Ad CATAIVM quod attinet, id hodie regnum eſt Chinenſe: CAMBALV autem hodie Pequinum dicitur, QVINZAII verò Nanquinum; vrbs vtraque regia hodie Sinarum, ſeu Chinenſium: vt tradit Nicolaus Trigautius, *lib.5.de rebus Sinenſibus,cap.12.*

Apud Sinas certè ſuperſunt hodieque veſtigia Chriſtianæ religionis

ligionis in iis populis, quos Crucis adoratores seu professores nuncupant, quósque Saraceni & Armenij Iesuinos vocant. Vnde fortasse coniicere liceat, istos Crucis veneratores à Tartaris Christianis originem traxisse. Constat namque Tartaros circa annum Christi 1200. magnis exercitibus in Sinarum regnum penetrasse, eodémque tempore Marcum Paulum Venetum huc peruenisse.

CAPVT XII.

De TVRCIS.

Turcæ. TVRCARVM Imperium latissimè patet per Asiam minorem, Syriam, Ægyptum, magnam Africæ partem, Græciam, Macedoniam, Thraciam, Daciam, Seruiam, Hungariæ partem

tem, aliasque Prouincias. Colunt autem Mahumetanam superstitionem, quæ circa annum Christi 626. initium sumpsit: de cuius impietate ac vanitate varij scripsère.

Omnibus autem Mahumetanæ sectæ cultoribus nota est, ac familiaris lingua Arabica (quæ propago est Hebraicæ) per vniuersum Orientem dispersa: vtpote quam non modò Turcæ, sed etiam Persæ, Mauri, Afri, Ægyptij, Syri, Indi, aliíque populi vsurpant.

CAPVT XIII.

De PERSIS.

PERSIA Asiæ prouincia est amplissima, cuius incolæ Mahumetanam quidem sectam, sed diuersam à Turcicâ sequuntur. *Persa.*

Quo

Quo fit, vt continua ferè bella Perſæ cum Turcis gerant. Xa Aabas Rex Perſiæ, anno 1608. Dansbegum virum nobilem, cum literis in Aſpain 20. Ianuar. 1608. datis, vnà cùm Antonio Goueano Luſitano ex Ordine Eremitarum Ordinis S. Auguſtini, Romam ad Paulum V. miſit, & Prælatum dari petiit, qui præeſſet loco, TRES-ECCLESIÆ nuncupato, vbi reſidere ſolet Præſul Armeniorum Christianorum. Exſtant literę dicti Regis ex Perſico in Luſitanicum, ac deinde in Latinum ab Henrico eiuſdem Ordinis S. Auguſtini, tranſlatæ, typíſque Antuerpiæ publicatæ. Ceterùm Goueanus anno 1612. Epiſcopus iuſſu Pauli V. conſecratus in Perſiam rediit, magno rei Chriſtianę bono. Habent autem Eremitæ Auguſtiniani, itémque Carmelitæ Diſcalceati

ſua

ſua hodie monaſteria in Aſpain vrbe Regia Perſarum. Mirkondi Hiſtoriam Perſicam ex ea lingua in Hiſpanicam à ſe tranſlatam Petrus Texera Luſitanus anno 1610. Antuerpiæ vulgandam curauit. Scripsêre de rebus item Petrus Bizarus, Barnabas Briſſonius, & Ioannes Perſa vir nobilis, ex Mahumetano factus Chriſtianus, Madriti in Hiſpania.

CAPVT XIV.

De IVDÆIS.

ANNO ſecundo Veſpaſiani Imperatoris capta eſt à Romanis vrbs Ieroſolymitana, eadémque incenſa & ſic euerſa, vt non remaneret in ea lapis ſuper lapidem, iuxta prædictionem D. N. Ieſu Chriſti. Ab eo tempore cœperunt Iudæi magis magiſque *Iudæi.*

L per

per orbem dispergi, iusto Dei iudicio, súntque hodie per Europam, Asiam, & Africam nationibus omnibus inuisi, sine lege, sine Rege, sub tributis in seruitute viuentes.

Nusquam plures quàm in Asia, aliísque Turcici Imperij prouinciis.

Constantinopoli & Thessalonicæ viuunt multa millia eorum, qui ex Hispania & Lusitania sunt pulsi, idioma Hispanicum retinentes. Breuiter, in omnibus penè emporiis Orientis, vt Cayro, Alexandria, Aleppo, Tripoli, & aliis Iudæos magno numero reperias: vt apud Europæos Venetiis, Romæ, Mantuæ, Auenione, & passim per Germaniam, Poloniam aliásque regiones.

Ex multis tamen Europæ regnis vario tempore per Christianos Principes pulsi sunt, vt ex Hispa

Hispania anno 1492. per Ferdinandum & Isabellam Reges: ex Lusitania anno 1497. & sequentibus per Emmanuelem Regem; ex Francia, per Philippos Augustum, Formosum, & Liberalem, Reges; ex Anglia anno 1292. & ex regno Neapolitano anno 1539. per Carolum V. Cæsarem.

CAPVT XV.

INDIÆ *Orientalis status.*

INDIA prouinciarum omnium maxima, tametsi propriè dici videtur pars illa terrarum, quam nobilissimus fluuius Indus interfluit, vsus tamen obtinuit, vt etiam vltra Gangem æquè magnum ac celebre flumen, immensi illi terrarum tractus, qui ad Sinas vsque, & in extremo positos Oriente pertinent Seras, Indiæ *India.*

nomine censeantur. Porrò vltra Sinas in Serico Oceano, haut procul à continente, ingens cernitur insula, compluribus minoribus adiacentibus: quam nostri
Iapo. vulgo IAPONEM vocant: Zipangrim antiquis dictam fuisse nonnulli arbitrantur.

His insulis exceptis, cæteras fermè regiones illas, cùm aliis opibus tum etiam pretiosissimis aromatibus odoramentísque refertas, constat priscis temporibus, Romano florente Imperio, cum Europæis hominibus & commerciis & hospitio fuisse coniunctas. Traditum est etiam, multas Christiana quondam sacra, tum ab aliis, tum præsertim à duobus eximia sanctitate viris, THOMA & BARTHOLOMÆO, Domini Apostolis accepisse. Verùm vbi Romani decus Imperij, conspirantibus vndique in

in ipsum variis nationibus, concidit, mercimonij vocúmque, & litterarum cum illis gentibus communione sublata, Christi cultus atque religio paulatim exstincta ac deleta sic est, vt nullum propè ipsius vestigium in illis iam regionibus appareret.

Quo meliùs de Christiana meruisse Republica Lusitani iure putandi sunt, quòd cùm terrestri itinere, sine summo vitæ discrimine, ea loca peti non possent, & vix quisquam reperiretur, qui peregrinationem eiusmodi suscipere auderet; ornatissimis ipsi classibus extima legentes Africæ littora, Bonæ Spei promontorium, ante id tempus pene èincognitum, Auream Chersonesum, quæ Malaca dicitur hodie, Taprobanam, quæ Sumatra, Sinas denique prætervecti, ad ipsam, de qua diximus, Iaponis

insulam, ingenti ausu, summáque animi magnitudine penetrarunt. Iidem Indicæ oræ magna parte subacta, sinus etiam Persici faucibus fortiter æquè ac feliciter occupatis, Arabici verò nauigatione crebris incursionibus impedita, mercibúsque Indicis per Africum atque Athlanticum Oceanum in Hispaniam auersis; non modò Memphitica Turcarum vectigalia grauissimis damnis atque incommodis affecerunt; sed etiam Christi liberatoris nostri cultum ac nomen apud eos populos, vel numquam ante id tempus auditum, vel diuturna vetustate atque obliuione deletum, salutari prædicatione longè latéque propagarunt, adhibitis perductísque secum, Summi Pontificis iussu, multis Euangelij præconibus, tum aliarum familiarum, tum verò præcipuè Socie

Societatis IESV.

In Indiam porrò Orientalem S. THOMAS Apoſtolus Chriſti doctrinam primus attulit, multis incolis ad Chriſtiana caſtra traductis. Sed horum poſteri, cum Saracenis Ethnicíſque permixti, ad impios ritus ac mores paullatim degenerarunt: adeò quidem, vt ante Luſitanorum aduentum nihil in ea Chriſtianæ penè religionis (oppidis vicíſque nonnullis exceptis, qui à S. Thoma nomen habent) præter ipſum nomen ſupereſſet. Luſitanis itaque in Indiam commigrantibus, & imperio latè propagato, Chriſti cultus ac reuerentia, per vaſtiſſimum illum Aſiæ tractum, ſeſe erigere cœpit.

Primi apud Indos, Apoſtolico, poſt S. Thomam, munere functi ſunt ſodales Franciſcani: ex quo etiam Ordine primus, ac de-

Primi Episcopi Indiæ Orientalis.

inde alter Episcopus fuerunt, FERDINANDVS & IOANNES ALBVQVERCIVS. Sed ille annularis solùm, seu titularis (vt vocant) Episcopus fuit: hic sedem pleno iure constitutam, Pauli III. Pontificis Maximi auctoritate, accepit; ideóque primus Indiæ ac Goæ censetur Antistes.

Ex Societate IESV primus B. FRANCISCVS XAVERIVS, Arabiæ ac Persidis oram, cum Ioannis III. Lusitaniæ Regis classe, præteruectus, anno 1542. Goam Indiæ metropolim appulit. De rebus ab eo per Indiam præclarè gestis, Maffeius, Orlandinus & alij fusè scripserunt.

CAP

CAPVT XVI.

Qui NAYRES, BRACHMANES, *&* IOGVES *dicantur apud Indos.*

APVD Malabares, aliósque Indos Orientales, tria ferè sunt hominum genera, NAYRES, BRACHMANES, & vulgus promiscuum. Hos inter NEYRES, ceteris honore præstant, bello & armis apprime dediti. *Nayres.*

Sequuntur BRACHMANES, in honore proximi, veri superstitionum magistri. Hi sapientes habentur Indorum, & ceremonias, iustaque funebria suo arbitratu præscribunt: simulant se carnibus abstinere, sed simulant tantùm. *Brachmanes.*

Inter Brachmanes sunt non-

nulli, quos proprio vocabulo
Iogues. IOGVES appellāt, posteri, vt videtur, Gymnosophistarum, Græcis olim celebratorum, qui cœlibem vitam agunt. Nam alij & liberis operam dant, & vxores plures habent, more ceterorum Indorum. PARABRAMMAM nescio quem Deum antiquissimum colunt, & ex eo filios tres, quorum in gratiam terna fila gerunt è collo suspensa: quod & ceteri Brachmanes omnes faciunt.

Reliquum vulgus, vt latomi, fabri, & reliqui opifices eius generis, adeò nullo in pretio sunt, vt pro seruis mancipiisque ducantur, cuiuis iniuriæ vexationique obnoxij.

CAP

CAPVT XVII.

MALABARICA *Regna, & aliæ vicinæ Prouinciæ.*

APVD MALABARES regna ſunt varia, vt CALECVT, COCHIN, CANANOR, TANANOR, BADARA, MORTINGVE, COILAN, & alia.

Hos inter Reges potentiſſimus eſt CALEÇVTI Rex, qui ideo paſſim vocatur SAMORII, id eſt, Imperator. Quo fit, vt & ceteri Reges, etſi ſui iuris ſint, plurimùm ipſi deferant ac reuereantur. *Calecut.*

Hunc penè potentia ſequitur Rex COCHINENSIS, Regis Calecutani æmulus, & bello ſępè hoſtis. Sed Cochinenſem ſemper tuentur & iuuant Luſitani aduersùs æmulum potentiorem. *Cochin.*

Cananor. Rex CANANORENSIS, præter terram continentem, insuper possidet insulas triginta ex Maldiuis: vt tradit Franciscus Pirardus in suo Itinerario.

Tananor. TANOR siue TANANOR, matrimonium est Prouinciæ Malabaricæ oppidum (vnde & regnum eiusdem nominis est appellatum) medio ferè spatio inter Goam & Commorini fines. Pingue solum, orizæ & palmarum ferax; sed incolæ, Æthiopum more, vmbelico tenus, nudi ambulant. Rex ipse quamquam Ethnicus, Lusitanis tamen est peramicus, qui in oppido Tananor templum habent, eique præfectum sacerdotem vnum atque alterum è Societate IESV. Ij non modò Lusitanorum, sed & Indorum Christo aggregatorum curam gerunt: vt idem Pirardus tradit.

In

In Promontorij Commorini flexu, ad Eoum latus, ORA PISCARIA est, nomen à copioso illic gemmarum piscatu adepta. *Ora Piscaria.* Huius oræ accolæ, gentis vocabulo, PARAVÆ nuncupantur: *Parauæ.* qui cùm Saraceni cuiusdam Dynastæ tyrannidem diutiùs ferre non possent, hortante Ioanne Crucio, viro nobili, & Equite Ordinis Christi, Lusitanos aduocarunt, & suaui Christianæ legis iugo se subdederunt. Baptizati itaque mox è populo vniuerso ad viginti millia.

Ceterùm in excolendo longissimo illo Commorini tractu, triginta ampliùs oppidis vicísque distincto, egregiè postea B. FRANCISCVS XAVERIVS, ANTONIVS CRIMINALIS, HENRICVS HENRICIVS, & alij è Societate IESV desudarunt. Xauerius quidem

Tutu

Tutucurini agens, Catechismi summam Malabaricè (quæ lingua regioni vernacula est) primus conuertendum curauit.

CAPVT XVIII.

De CEILANI *insulæ statu.*

Ceilanus. CEILANVS Insula ditissima, ex opposito Commorini Promontorij sita est: cuius insulæ Dynasta quidam primarius, Regis filius natu grandior, anno circiter 1544. cùm Lusitanorum hortatu Christianus fieri decreuisset, ab impio Rege parente, cum aliis septingentis, est interemtus. Post eam cædem visæ sunt Cruces duæ, vna in cœlo ignea, altera in hiatu terræ, vbi patrata cædes erat: quarum hanc cùm barbari, ingestâ sæpè terrâ, oppri

opprimere conarentur, eadem tamen semper einicuit. Quo prodigio complures sunt permoti: Regis autem filius natu minor, cum consanguineis aliquot & proceribus aliis, ad Christi ouile accessit, & Goam ad Lusitanos transiit, opem contra paternam sæuitiam imploraturus. Sed præclaros adolescentis conatus mors interueniens abrupit.

Anno 1548. Candensis Rex, eâdem in insula, Christi & Lusitanorum imperio se submisit, agente B.Francisco Xauerio.

Sunt autem in Ceilano insula Reguli diuersi, quorum alij sunt Christiani, cum suis subditis, alij gentiles, aut Mahometani, cum quibus Lusitani ferè habent bella.

In ea insula duæ sunt arces seu oppida Lusitanorum, egregiè munita, COLVMBO & SAL-

LE. In priore habent Patres Societatis IESV Collegium, Columbense hinc dictum, cum VII. Residentiis, vt vocant, seu domiciliis minoribus illi annexis.

CAPVT XIX.
De CHRISTIANIS S. THOMÆ *in* INDIA ORIENTALI.

IN regione, quam CHOROMANDEL vulgò nuncupant, sita est MELIAPORA (vt indigenæ loquuntur) vrbs copiosa ac frequens, quam S. THOMÆ oppidum hodie Lusitani appellant, in ora Indiæ maritima Eoi lateris, Goano obiecti. Visitur hîc templum S. Thomæ Apostoli percelebre, quod ipse ex Idolorum fano in veri Dei Basilicam conuertit, non Christianorum

modò

modò peregrinorum, ſed etiam Ethnicorum ac Barbarorum frequentia hodieque nobilem: vbi proximo in colle cæſus, & ſepulturæ mandatus Apoſtolus traditur. Cernitur & hîc SAXVM eiuſdem Apoſtoli cruore reſperſum, quod triduo ante ferias Apoſtolicæ mortis, inter Miſſæ ſolennia rubeſcit, cùm ipſum natura ſua candidum ſit, & ſanguineo velut rore, quamdiu diuina res agitur, ſtillat; quâ peractâ ad veterem candorem ſuum redit.

Ceterùm Meliapora Epiſcopum hodie habet, Goano Archiepiſcopo ſuffraganeum. Quæ quidem vrbs tametſi frequens à Luſitanis incolebatur, ad noſtram tamen vſque ætatem Regi Biſnagæ paruit, illíque tributa pendit. Habebat is arcem munitiſſimam, vrbi imminentem, cum præſidio mille circiter quingen-

torum

torum militum. Eam seruitutem, aliaque indigna, quæ à ministris Regiis patiebantur, non ferentes Lusitani, intenti in omnem libertatis occasionem, ciuilia pro regni successione bella minimè neglexerunt, & anno circiter Christi 1615. arcem obsederunt atque expugnatam Proregi Indiarum, Regis nomine, tradiderunt, vnà cum pagis adiacentibus triginta.

Christiani S. Thomæ. Præter Meliaporam, inhabitant veteres isti Christiani Thomæi insuper CRANGANORAM, NEGAPATANVM, VAIPICOTAM, ANGAMALAM, aliaque oppida vicina. Sacra sua idiomate Chaldæo celebrant.

In vrbe Angamala solet residere ipsorum Metropolitanus, quem Patriarcha Babylonicus Chaldæus ipsis dare & confirmare

re

re consueuerat. Sed Patrum Societatis IESV in primis diligentiâ (qui Meliaporæ & Vaipicotæ sua habent Collegia ac seminaria) maior eorum pars, Nestorij aliorúmque erroribus relictis, ad communionem Ecclesiæ Romanæ postliminio rediit: defunctóque annis superioribus Metropolitano Chaldæo, successorem illi Archiepiscopum Angamalensem Clemens VIII. Papa constituit vnum ex Societate IESV. Ita tradit Petrus Stroza, in sua Disputatione de Chaldęorum dogmatibus, Coloniæ anno 1617. edita.

CAPVT XX.

De MALACA, *Indiæ emporio celeberrimo.*

MALACA vrbs frequenti emporio nobilis, vltra *Malaca.*

Gangem

Gangem fluuium,in Aurea Chersoneso sita, ab æquinoctiali linea duobus fermè gradibus,Septemtrionem versùs,abest.Gaudet imbribus ferè quotidianis, quibus & nimius Solis æstus temperatur, & terra perpetuò virescit. Ex quo liquet,veteres olim Philosophos errasse, qui regionem hanc torridam nequaquam habitabilem esse crediderunt. Hàc in Sinarum regnum, & Iaponiam,hàc ad Molucas, Bandam, Iauam,aliásque Indiæ insulas nauigatur.

Episcopum hodie habet Malaca, Goano Archiepiscopo suffraganeum,Collegium item insigne Societatis I E S V,variorúmque Ordinum monasteria non pauca.

Ceterùm,hortante B.Francisco Xauerio, Malacæ primùm est institutum, vt sub primas quotidie

tene

tenebras vir aliquis vrbem totam perambulet, læuâ lucernam, dexterâ tintinnabulum circumferens, qui inflexo ad commiserationem vocis sono, sui cunctos officij & precationum pro defunctis recitandarum admoneret. Is postea mos ab vrbe Malaca in omnem Indiam, extremúmque Orientem profectus, etiamnum viget, ingenti viuorum mortuorúmque commodo.

CAPVT XXI.

COLLEGIA *Societatis* IESV, *in* INDIA ORIENTALI.

QVàm latè diffusa sit Religio Christiana per Indiam Orientalem, facilè quiuis intelliget ex Catalogo Collegiorum Soc. IESV, ibidem existentium, quæ duas

duas in Prouincias sunt distincta, Goanam & Malabaricam.

Prouincia GOANA.

Goæ	Domus Professa. Colleg. Goanum. Dom. Probationis.	*Goa.*

Colleg. Salsetanum cum XI. Residen. *Salsete.*
Colleg. Chaulense. *Chaul.*
Colleg. Tanaense cum suis Resident. *Taná.*
Colleg. Baçainense cum suis Resident. *Baçaym.*
Residentia Taraporensis. *Tarapor.*
Colleg. Damanense. *Daman.*
Colleg. Diense. *Dio.*
Residentia Æthiopica. *Ethiopia.*
Residentia Mogorensis. *Mogor.*
Colleg. Mozambiquium. *Mozambique.*
Residentia Senensis. *Sena.*
Residentia Tetensis. *Teti.*
(Sūt in hac Prouincia Socij 280.)

Prouin

Prouincia MALA-
BARICA.

Coll. Coccinenſe cum V.Reſident. Domus Probationis. } *Cochin.*
Colleg. Cranganorenſe. *Cranganor.*
Seminarium Vaypicotanum. *Vaipicota.*
Colleg.Coulanenſe. *Coulam.*
Colleg.Tutucurinenſe cum Reſidentiis.* *Tutucurim.*
Reſidentia Madurenſis. *Madurè.*
Colleg.Columb.cum VII. Reſidentiis. *Columbo.*
Colleg. Nagapatanum, incohatum. *Nagapatan.*
Colleg.S.Thomæ. *S.Thomè.*
Colleg. Peguanum incohatum. *Pegu.*
Colleg. Bengalenſe incohatum. *Bengala.*
Colleg.Malacenſe. *Malaca.*

Domus

Domus Ternatensis cum Residentiis Molucensibus. *Maluco.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 150.)

CAPVT XXII.

ARMVZIÆ *Regnum.*

Armuzia. ARMVZIA, vulgò *Ormus*, vrbs est emporio clarissima, quæ & regno nomen dedit, & modicæ, in qua sita est, insulæ, ad ostium Sinus Persici. Caput regni, vbi Turcarum sedes est, BAZOIA dicitur. *Bazoia.* Sed in ipsa vrbe Armuzia Rex habitat, olim potentissimus, nunc Catholici Regis stipendiarius.

Ipsa insula etsi sterilitate sit infamis, loci tamen sitúsque opportunitas (quòd Persici sinus, vt dixi, ostium obsideat, qua totius ferè Orientis mercimonia commeant)

meant) vrbem Armuziam in ſummam celebritatem frequentiámque adduxit; Iudæis, Mahometanis, Abaſſinis, Armenis, Georgianis, aliíſque variarum nationum Chriſtianis atque Ethnicis, cò mercaturæ cauſsâ confluentibus.

In vinea Armuziana excolenda annis aliquot ſtrenuè laborauit Gaſpar Berzæus, Belga, Gouſæ in Zelandia natus, Societatis IESV ſacerdos ſanctiſſimus: cuius vita réſque per Indiam geſtæ exſtant peculiari libro explicatæ.

CAPVT XXIII.

De MOGORENSI *Imperio.*

INTER Indorum Principes facilè potentiſſimus eſt Rex MOGORVM, cuius imperio *Mogorum Imp.*

quamplurimæ subsunt prouinciæ, longè latéque diffusæ. Lustrauit eas magna ex parte Benedictus Goesius Lusitanus, Societatis IESV, itinere terrestri ex Mogor in Sinas vsque instituto. Itinerarium istud legitur apud Nic. Trigautium *lib. 5. de rebus Sinensibus cap. 11. & seq.*

In regia Mogorum vrbe Patres Societatis IESV Residentiam habent, ab ipso Rege Achabar nomine, aliisque amicè semper habiti.

CAPVT XXIV.

MALDIVÆ *Insulæ.*

Maldiua. MALDIVARVM insularum (quæ modicæ sunt, & quarum aliquot millia numerantur) caput est MALDIVA, vulgò *Male*, regni sedes: vnde & cognomen

men ceteris. Has in primis genus palmæ nobilitat; cuius ex fructu (coccum vel nucem Indicam appellant Lusitani) præter alios vsus complures, cannabinum quoddam fartum extrahitur, cui nomen *Cairum*, ad rudentes ac funes nauticos pertexendos præstantissimum.

Harum insularum incolæ sunt professione Mahometani, nec habent oppida vlla muris clausa.

Ceterùm ASSAN Rex Maldiuanus anno ferè 1551. Cocinum, & inde Goam cùm venisset, Christianæ Legis admiratione captus ab impio Mahomete ad Christi castra se transtulit. Cuius heres legitimus PHILIPPVS, professione Christianus, hodiéque viuit Goæ, titulo Regio gaudens, & parte vectigalium sui regni, quæ Rex Maldiuarum Mahometanus (nam alium sibi Re-

Rex Maldiuarum Christianus viuit Goa.

gem insulani iam olim constituerunt) quotannis Goam transmittit; iuxta pacta, interuentu Lusitanorum, à multis retrò annis inita.

Mahometanus porrò Rex Maldiuanus scribit se Regem tredecim prouinciarum, & duodecim millium insularum. Nam in XIII. Prouincias situ locorum discretas (vulgò *Atollons*) Maldiuæ distinguuntur: & Maldiuani dicunt duodecim ferè insularum millia sese possidere, minutulis quibuscumque non numeratis, quæ sunt innumerabiles.

Rex idem Mahometanus titulum SVLTANI, id est, Supremi vsurpat, quo inter Mahometanos non nisi Principes quinque gaudent, nimirum Turca, Persa, Mogor, Rex Maldiuarum, & Rex Sumatræ seu Acheni.

Sultani qui.

Hęc & alia fusiùs narrat in suo

Itinera

Itinerario Gallicè anno 1615. Parisiis edito, Franciscus Pirardus, Francus, qui annis aliquot vixit in insula MALE, quæ aula est Regis Maldiuani, vt suprà commemorauimus.

Idem tradit ex Maldiuis insulas triginta Regi Cananorensi (qui vnus est ex Regibus Malabaricis, in promontorio Commorino) parere.

CAPVT XXV.

De MOLVCIS insulis.

MOLVCÆ insulæ sunt plurimæ, sed modicæ, Æquatori subiectæ, aromatum ac præsertim cariophyli admodum diuites. Præter Christianos, incolæ partim sunt Ethnici, partim Saraceni: frequentes insuper sunt aduenæ variarum nationum, qui

commercij causſâ vltrò citróque commeant.

Ternate. Has inter inſulas prę̨ſtat TERNATE, quæ vrbem habet inſulæ cognominem, cum arce à Luſitanis excitata. Dynaſta Ternatenſis, profeſſione Saracenus, Regi Catholico eſt ſtipendiarius.

Amboina. AMBOINVM inſula, circuitu millia paſſuum ampliùs octoginta complectitur, & vicis frequentibus habitatur. Habet & hîc præſidium militare Rex Catholicus.

CAPVT XXVI.

De MACAZARIÆ Regno.

Macazaria. MACAZARIA Inſula ingens, à Molucis in ortum Solis, leucas circiter quinquaginta diſtans, trecentas fermè

ambi

ambitu colligit. Gens est bellicosa, nulla habent Deorum fana, nec præter Solem, cui cœlestes honores tribuerent, numen vllum: eoque magis idonea ad veri Dei cultum amplectendum. Anno 1544. duo ex Macazariæ regno Dynastæ, cum aliis plurimis, per Antonium Paiuam, mercatorem Lusitanum, ad Christi castra sunt adducti.

Annis proximè insequentibus, B. Franciscus Xauerius, in Macazariensium salute procuranda seriò laborauit, & Catechismum Latinum in vernaculam ipsorum linguam conuertit.

CAPVT XXVII.

SINENSIS *Regni status*.

EXTREMVM SINARVM in Oriente Imperium, iam

Sina. inde à temporibus Ptolomæi SINA dicitur, à Lusitanis, aliisque Europæis hodie *China* vulgò nuncupatur. A Marco Paulo Veneto, qui circa annum Christi 1200. totum penè Orientem lustrauit, CATAIVM indigetatur: quod nomen & Saraceni ad Occasum huic regno tribuunt.

Quod ad amplitudinem spectat, regnum istud seu potiùs Imperium, ad Austrum incipit in gradu nono supra decimum eleuati supra horizontem poli, in insula, quam ipsi HAINAM vocant, & excurrit in Septemtrionem ad secundum & quadragesimum, ad Boreales illos muros, quibus Sinæ à Tartaris ac Scythis suum imperium separant ac tuentur. In longum incipit à centesimo duodecimo, ab insulis fortunatis, in prouincia Iunanensi, & in centesimo tricesimo secun

secundo, mari ad Solis ortum terminatur.

Errarunt itaque nostri æui Scriptores ac Geographi hactenus, qui ad tertium supra quinquagesimum illius limites protulerunt.

In Sinarum regno duæ sunt prouinciæ curiales ac sedes Regiæ; NANQVINVM, quod Regiam Australem, & PEQVINVM, quod Borealem sonat. Præter has sunt aliæ tredecim prouinciæ seu potiùs regna. In his quindecim regnis vrbes maiores 247. CHEV nuncupatæ, vulgares verò reliquæ 1152. HIEN dictæ, continentur. Rex autem Pequini plerumque commoratur: quem vnicum habent Sinenses. *Nanquin.* *Pequin.*

Pequinum olim CAMBALV, Nanquinum verò QVINZAI nuncuparunt Tartari, qui *Cambalu.* *Quinzay.*

temporibus M. Pauli Veneti, magnam partem regni Sinensis occupauerant, & nomina mutauerant.

Sinæ porrò pacis quàm belli artibus sunt aptiores, & cæterarum nationum mutuos congressus fugiunt, eásque terrore mortis iniecto, à suis finibus ferè arcent.

Plurima item habent gymnasia seu Academias, ex quibus ij ad ciuitatum ac prouinciarum gubernacula deliguntur, qui ceteris eloquentia, ac iuris prudentia præstant.

B. Francisci Xaueriij obitus.

Christianam apud Sinas expeditionem primus aggressus est B. FRANCISCVS XAVERIVS, vir verè Apostolicus: sed anno 1552. ad vitam meliorem à Deo euocatus, Sinas ingredi non potuit. Obiit autem in ipso itinere, quod ad Sinas instituerat, in

in Sanciano insula, leucis triginta à continenti regni Sinarum distante: quò per id tempus, commercij caussâ, soliti erant Lusitani & Sinenses commeare, ante oppidi Amacaensis exstructionem.

Tentatam à Xauerio expeditionem subsequentibus annis prosecuti sunt eiusdem Societatis Patres, domicilio primùm fixo in peninsula & vrbe AMACAENSI. Inde SCIANQVINVM anno 1582. est processum, ac demum PEQVINVM & NANQVINVM: in quibus vrbibus illustria hodie Collegia Societas IESV habet.

Præ cæteris autem P. MATTHÆO RICCIO, natione Italo, expeditionis Sinicæ felix successus referri debet acceptus, qui annis ferè xxx. in eâ exactis, ibidem piè in Domino ob- *Matthaeus Riccius.*

dormiuit, Pequini anno 1610. in palatio suburbano, à Rege Sinarum Societatis IESV in vsum Collegij attributo, conditus.

Scripsit idem Riccius Italicè de Sinensis Ecclesiæ primordiis, ac progressu commentarium; quem libris V. Latinum reddidit

Nic. Trigautius. P. NICOLAVS TRIGAVTIVS, Belga, Duacensis. Hunc ex Sinis in Belgicam nostram annis superioribus reducem, non semel de rebus Sinensibus differentem magna cum voluptate audiuimus. Idem anno 1618. ex Lusitania versùs Sinas soluens, socios plurimos ex Europa secum auexit: vt nihil dicam de bibliotheca amplissima, horologiis, monilibus, picturis, aliísque Europæ mirabilibus, à Paulo V. Papa, & variis Principibus dono acceptis, quæ secum asportauit, Regi ac proceribus Sinensibus

cum fructu rei Christianæ, vt speramus, amplissimo, offerendis.

Ceterùm ab ipso S. THOMA Apostolo doctrinam Christianam in Sinas olim inuectam fuisse, ex codicibus Chaldæis oræ Malabaricæ, eiusdem Apostoli prædicationibus illustratæ colligitur. Id enim disertè traditur in Breuiario Chaldæo Ecclesiæ Malabericæ his verbis: *Per D. Thomam euanuit error idololatriæ ab Indis: per D. Thomam Sinæ & Æthiopes conuersi sunt ad veritatem: per D. Thomam Baptismi sacramentum acceperunt & filiorum adoptionem: per D. Thomam crediderunt & confessi sunt Patrem, & filium, & Spiritum sanctum. Per D. Thomam acceptam seruauerunt fidem vnius Dei: per D. Thomam doctrinæ viuificæ splendores orti sunt vniuersæ Indiæ: per D. Thomam regnum cælorum*

In secundo Nocturno Officij D. Thomæ.

rum

rum volauit, & ascendit ad Sinas.

Deinde in quadam antiphona sic habetur: *Indi, Sinæ, Persæ, & ceteri Insulani, & qui in Syria, Armenia, Græcia, & Romania, in commemoratione D. Thomæ offerunt adorationem nomini tuo sancto.*

In Summa verò Canonum Synodalium *parte* 2. *sermone* 6. *cap.* 19. de Canonibus constitutis super Episcopos & Metropolitanos, simul habetur Canon Theodosij Patriarchæ in hæc verba:

Hæ sex sedes capita prouinciarum & Metropolitæ, videlicet Hilam, Nzuin, Prath, Assur, Bethgarmi, & Halah, qui digni habiti sunt, vt ordinationi Patriarchæ interueniant, nec absunt, vt alij quarto quoque anno apud Patriarcham conueniant. Sic etiam Episcopi magnæ Prouinciæ nimirum reliqui Metropolitæ, China, India, Pases, Mauzeorum,

Xam

Xam, Raziquaorum, Heriona (hac est Cambaia) & Smarcandia (hac est Mogor) qui longissimè absunt, nec vastissimi montes & turbulentissima maria permittunt eis transitum, ad libitum, mittant litteras consensionis (id est, communionis) ad Patriarcham semel sexto quoque anno. Quando verò Lusitani Cocinum appulerunt, regebat hanc Ecclesiam Malabaricam D. IACOBVS, qui sic scribebat, *Metropolita Indiæ & Chinæ*; vt constat etiam ex eiusdem MS. noui Testamenti codice, vbi in calce sic habetur: *Scripsit hunc librum D. Iacobus Metropolita Indiæ & Chinæ.* Eodem modo D. IOSEPH post prædictum D. Iacobum, qui Romæ diem obiit, sic subscribebat: *D. Ioseph Metropolita totius Indiæ & Chinæ.* Ita Trigautius *lib. 1. cit. cap. vltimo.*

CAP.

CAPVT XXVIII.
De CAVCHINCHINÆ Regno, apud SINAS.

Cauchinchina. CAVCHINCHINÆ regnum, Chinensi imperio vectigale, eidem adiacet, & octo plus minus dierum nauigatione abest Amacao, oppido celebri, Lusitanorum apud Sinas statione. Incolæ characteribus vtuntur Sinensibus, vestitu eodem, ac penè eodem gubernandi modo. Rex ipse Cauchinchinæ, per Lusitanos mercatores, anno 1615. Patres aliquot Societatis Amacao euocauit: quibus facultatem dedit templa exstruendi, Christique doctrinam prædicandi, & subditis acceptandi. Plurimi itaque mox baptizati sunt, atque in iis Magistratus, aliique primores non pauci.

Colle

COLLEGIA *Soc.* IESV *in Regno* SINARVM.

Colleg. Pechinense incohatum. *Pequim.*
Colleg. Nanchian. incohatum. *Nanquim.*
Residentia Xauchensis. *Sciauceo.* cum duabus aliis Residentiis.
(Sunt in hoc Regno Socij 30.)
Anno 1619. accesserunt Socij plures, post R.P. Nicolai Trigautij ex Europa in Sinas reditum.

CAPVT XXIX.
De IAPONIÆ *Regnis.*

IAPONIÆ nomine in extrema Asia complures insulę sunt, modicis inter se fretis discretæ: quas inter tres numerantur magnitudine præcipuæ, NIPHON, XIMVS, & XICOCVS. NIPHON *Iaponia.* *Niphon.*

PHON, tribus & quinquaginta regnis seu Præfecturis constat, quarum caput est vrbs MEACVM: vnde nonnulli reliquæ regioni dant nomen. Ab Niphone vocabulo, quod Sinæ paululum mutarunt, Iaponis, & Iaponiæ nomen apud Europæos innotuit.

Ximus. XIMVS regnis nouem distinguitur, & vrbes illustriores habet VSVQVIN & FVNAIVM in regno Bungensi, in Saxumano autem CANGOXIMAM.

Xicocus. XICOCVS regna non nisi quatuor continet: atque ita Iaponiæ regna seu potiùs Præfecturæ vniuersæ sex & sexaginta numerantur. Regio autem vniuersa Italię magnitudine ferè par censetur.

Vni olim Regi parebat, quem Vo, seu DAYRIM appellant: sed

regno

regno seu imperio à Dynastis perduellibus in partes distracto, inane penes eum nomen imperij mansit.

Potentissimus hodie inter Iaponiæ regulos habetur is, qui Meacum & regna finitima occupat; quem CVBVCAMAM vulgò nuncupant.

DAYRIS porrò id hodieque iuris obtinet, vt quidam quasi Præfectus sit honoris ac gloriæ, cuius Iapones natura sunt auidissimi. Eius vnius in Iaponia tota iudicium est, quibus quisque titulis sit honestandus ac decorandus. Quo fit, vt apud Dayrim singuli Dynastæ suos habeant Procuratores, & muneribus inter se certent, ad illius gratiam obtinendam. Dayris.

Religionum Magistris & sacerdotibus vtuntur iis, quos BONZIOS nuncupant, flagitioso Bonzij.
homi

hominum genere, etsi miram abstinentiam præ se ferant. Ex iis vnus est supremus superstitionum Antistes, qui copiosis vectigalibus fruitur, & Meaci domicilium habet: intra quod Idola sex & sexaginta supra trecenta numerantur. Hunc sua lingua NINXIT appellant. Ad eundem spectat creare Tundos, qui sunt velut Episcopi, aut creatos à Regulis confirmare.

Ninxit Antistes supremus.

CAPVT XXX.

COLLEGIA *Societ.* IESV *in* IAPONIA.

APVD Iapones primus Euangelicam doctrinā Cangoximæ & alibi publicauit B. Franciscus XAVERIVS, Societatis IESV Presbyter sanctissimus, potestate edictóque ad ād publi

publico à Rege Saxumano anno 1549. impetrato: iam autem Patres Societatis IESV adeò ibidem aucti, vt iis in regnis multa habeant Collegia, ac Seminaria, vt ex subiecta syllabo patebit.

In IAPONIA *Prouincia vna.*

Nangasachij	Colleg. Nangasachiense. Dom. Probationis.	*Nāgasaqui.*
Residentia Vracamensis.		*Vracami.*
Residentia Tonensis.		*Toni.*
Residentia Fudoyamensis.		*Fudoyama.*
Residentia Isafayensis.		*Isafay.*
Colleg. Arimense. Seminarium Arimense.		*Arima.*
Residentia Xiquensis.		*Xiqui.*
Residentia Cocuræ.		*Cocura.*
Colleg. Meacense.		*Meaco.*

Resi

Resi-dentia	Facatensis.	*Facata.*
	Notcu.	*Notcu.*
	Xinquensis.	*Xingu.*
	Fuximensis.	*Fuximi.*
	Ozacensis.	*Ozaca.*
	Fococu.	*Fococu.*
	Firoximensis.	*Firoxima.*
Colleg. Macaense.		*Macao.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 130.)

Anno 1584. Legati duo nobilissimi, D. MANCIVS & D. MICHAEL, à Iaponiæ Regibus, ad obedientiam Romano Pontifici præstandam, missi Olisiponem appulerunt, à Sereniss. Archiduce Alberto, tunc Lusitaniæ Prorege humanissimè excepti. Qui inde Romam transierunt, & præstitâ Gregorio XIII. eiúsque successori Sixto V. obedientiâ, demum in Iaponiam redierunt.

CAP

CAPVT XXXI.

De PHILIPPINIS Insulis.

LICEAT his subnectere PHILIPPINAS insulas, quas in Sinensi Iaponióque Oceano Castellani, Philippo II. Rege Catholico imperante (à quo & nomen acceperunt) feliciter detexerunt. *Philippina insula.*

Harum maxima est LVZONIA, in qua Hispani vrbem MANILIAM condiderunt. Habet ea vrbs Archiepiscopum à Paulo V. constitutum, cui suffragantur Episcopi,

Nouæ Segoniæ, aliàs Cagayani.

Nominis IESV, in insula Zebuensi.

Cacerensis, in Prouincia Camerinensi & insula Luzonia.

In Philippinas insulas Patres Eremi

Eremitæ Augustiniani vexillum Christi primi inuexerunt : habéntque in iis non pauca monasteria, vt & aliorum Ordinum religiosorum sectatores.

Habet ibidem Societas IESV Collegia & Residentias non paucas.

In insulis PHILIPPINIS *Prouincia vna.*

Colleg. Manilanum.		*Manila.*
Colleg. Zebuense.		*Zebu.*
Domus Prob. S. Petri.		*De S. Pedro.*
Residentia	Antipolan.	*Antipolo.*
	Taytayensis.	*Taytay.*
	Boolana.	*Bool.*
	Dulacensis.	*Dulac.*
	Carigarensis.	*Carigara.*
	Tinagonensis.	*Tinagon.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 100.)

POLI



POLITIÆ ECclesiasticæ, *siue* STATVS RELIGIONIS CHRISTIANÆ PER AFRICAM

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

De AFRICÆ *statu in genere.*



AFRICA, tertia Orbis veteribus cogniti pars, hodie *Barbaria* vulgò nuncupatur. Accuratè eam de- *Africa.*

scripsit Ioannes Leo Afer, temporibus Leonis X. Papæ. In eadem viuunt Christiani, Mahumetani, Gentiles & Iudæi, plerumque mixti: exceptis locis quibusdam præsidiario milite Regis Catholici detentis, de quibus infrà dicemus.

CAPVT II.

AFRICÆ *status, quà* ITALIAM *respicit.*

AFRICÆ eam fermè solùm portionem, quæ citra lineam æquinoctialem ad nos pertinet, Ptolomæus & alij olim Geographi notam habuerunt: vlteriorem Lusitanorum nauigationibus debemus.

Citerior, vt sic appellem, Romanis quandam paruit: declinante postea Imperio, & Alanis ac

Vanda

Vandalis ſeſe in Galliam atque Hiſpaniam effundentibus, ab illis poſtremò inſeſſa eſt: donec ab Arabibus, Mahumetanæ ſectæ ſequacibus, Vandali expulſi, totáque Africâ exterminati ſunt, nomine Chriſtiano cum iis prorſus iſtis in terris abolito.

Conſtat olim ducentos ampliùs Epiſcopos Concilio Carthaginenſi interfuiſſe: vt nos in Notitia Epiſcopatuum vniuerſi orbis docuimus. Hodie in Africa, quà Italiæ opponitur, duæ ſuperſunt diœceſes, SEPTENSIS & TINGITANA, quibus vnus idémque Epiſcopus præeſt. Habet & regnum CONGI, in vrbe S. Saluatoris, & INSVLA S. THOMÆ cum Guinea, ſuos Epiſcopos: de quibus infrà dicturi ſumus.

Ceterùm ad mare Mediterraneum obtinet hodie Rex Ca-

tholicus in Africa ORANVM, MAZALQVIVIRVM, MELILLAM, VELLEZVM, TINGIM & SEPTAM: & ad mare Athlanticum, tenet MEZAGANVM, LARACHAM, & MAMORAM, præter arces in Æthiopia, Congo, Angola, Cefala, Mozambico, viciníſque locis ſitas.

CAPVT III.

AFRICÆ *littora extima, ad Oceanum ſita.*

ETSI apud Herodotum *lib. 1.* Plinium *lib. 2. cap. 67.* Solinum *cap. vltimo*, & Melam *lib. 3. cap.* 10. veſtigia ſint, Africam olim circumnauigatam fuiſſe: ipſę tamen regiones, ac gentes à Zona torrida (quam falsò veteres exuſtam penitùs & inhabitabilem

lem crediderunt) ad Bonæ Spei promontorium omninò incognitæ fuerunt. Quas quidem magna suæ gentis gloria, & Christianæ fidei amplificatione Lusitani aperuerunt.

Auctor tanti operis ac nauigationis fuit HENRICVS, Ordinis Equitum Christi Magister, Ioannis I. Lusitaniæ Regis (qui Septam Mauris eripuit) filius, diuino, vt scribunt, monitu incitatus. Henrico igitur auctore, sub annum salutis 1420. vltra montem Athlantem (qui ad eum diem terminus nauigationis fuerat) leucas quadringentas viginti processum est ad montem Leænam: insulâ quoque MADERA & aliis vasto in Oceano detectis.

Sub Alfonso deinde quinto Rege tota illa Africæ ora, quam GVINEAM nuncupant, est cognita.

Ioannis II. æuo, quo Astrolabium ad nauticum vsum cœpit accommodari, regnum CONGI, sub annum Christi 1485. est apertum.

Congo.

Extremum Africæ promontorium, quod BONÆ SPEI nuncupant, ex opposito terræ Australis Magellanicæ situm, anno 1493. primus Diazius superauit.

Cabut Bonæ Spei.

MOZAMBICVM insula est exigua oræ Africanæ, magnæ illi insulæ Madagascari, quę à S. Laurentio nomen accepit, obiecta. In Mozambico Rex Lusitaniæ nobile habet propugnaculum, Societas item IESV illustre Collegium. In ea insula & Lusitani & Saraceni, genus hominum pacatissimum, suas vtrique sedes habent.

Mozambicum.

MELINDA vrbs admodum populosa, caput est regni Melindæ:

Melinda.

dæ: cuius quidem Rex & incolæ sunt Saraceni, Mahometis cultores. In vrbe tamen Melinda magno numero negotiantur Lusitani, & liberum habent Christianæ Religionis exercitium.

Africâ totâ circumnauigatâ, Vascus Gama, Lusitanus, ex Europæis primus anno 1497. in Indiam, Calecutum vsque, penetrauit.

CAPVT IV.

De ÆGYPTI *statu, &* COPHTIS *in ea.*

AEGYPTVM, Africæ regionem celeberrimam, Nilus fl. permeat & mirificè fœcundat. Eius olim metropolis fuit ALEXANDRIA, vrbs ab Alexandro Macedone condita, Patriarcharum olim Alexandrino- *Ægyptus.*

rum, Regúmque Ægypti sedes, Hodie CAYRVM, quæ olim MEMPHIS dicta, totius regionis caput censetur, emporium Orientis celeberrimum.

Proprios Reges Ægyptus habuit, ad annum vsque Christi 1517. quo Turcę prouinciam totam occuparunt.

Ægyptum itaque tenent hodie Arabes ac Turcæ: apud quos ignominiosum habetur indigenarum, Ægyptiorum scilicet veterum nomen ac genus.

In Ægypto, præter IACOBITAS, maximo numero viuunt COPHTI seu COPHTITÆ, homines Christiani, qui hodieque circumciduntur. Vnde & sic dicti à quibusdam putantur, vocabulo à Græcis sumto. Gabriel Patriarcha Alexandrinus, nationis Cophtorum, anno 1595. Legatos suos Romam ad Clemen-
tem

tem VIII. misit: quorum fidei professionem Baronius tom. 8. ad calcem publicauit: quo loco plura de iisdem reperies. Idem Clemens VIII. Collegium instituit, ad Ægyptios & Cophtos in Vrbe piè educandos. Solet autem Cophtorum Patriarcha in Cayro residere.

CAPVT V.

ÆTHIOPIÆ *siue* ABASSINI *Imperij status ac Religio.*

INTER ÆTHIOPIÆ partes ea videtur esse præcipua, quæ ad Orientem Solem propiùs accedens, à veteribus ÆTHIOPIA SVB ÆGYPTO, à Scriptoribus hodie ABASSIA nuncupatur. Abassini autem Principis imperium sex & viginti regna *Æthiopia.* *Abassia.*

olim complectebatur, ex quibus hodie non nisi quatuor possidet, TIGRIM, videlicet, ABAGAMEDRIM, DAMBEAM & GOROMAM, & his loca nonnulla vicina. Itaque ob regna multa, quibus Monarcha Abassinus olim præfuit, Imperatoris nomen obtinuit: patria enim lingua, ACEGVS dicitur, quod Imperatorem sonat, item NIGVS, quod Regem significat. Hodie Imperatorium nomen vix sustinet, tot regnis amissis, & copiis sic accisis. Oram namque maris Rubri Turcæ seu Saraceni ferè occupant: per continentem verò terram plurimi partim Ethnici, partim Mahumetani viuunt, qui ab eiusdem fide & obedientia recedentes, vel Turcarum Imperatorem, vel nullum Principem agnoscunt, vt taceam GALAS, Cafrum gentem immanissimam,

Acegus. *Nigus.*

par

partem ferè Æthiopiæ duodecimam excusso iugo occupasse. Quo fit, vt Abassinorum Rex contra vicinos hostes suos, subditósque rebelles, à Rege Catholico & Lusitanis auxilium cogatur implorare: quod eidem & præstari solet.

Ceterùm vocatur is ab Europæis vulgò PRETEIANNES seu PRESBYTER IOANNES, quod olim nomen fuit magni illius Indiarum ac Scythiæ Principis Christiani, ab historicis antiquioribus celebrati, per errorem à Lusitanis, in Indiam Asiaticam tendentibus, Abassino postea Principi attributum. *Preteiannes.* *Godignus lib. 1. c. 5.*

Vt olim Arabes, Persæ, & Parthi, sic hodie Abassinus Imperator cum suis plerunque in castris viuit; aliquando ad vrbem GYBBAIM se recipit, quæ eius nunc aula censetur, sita non procul à

lacu DAMBEABAHAR, quod Dambeæ mare sonat.

Christianam religionem primus in Æthiopiam inuexit Reginæ Candacis Eunuchus, INDICA nomine, vt volunt, qui Ierosolymis, quò adoratum ierat, in Æthiopiam rediens, à Philippo Diacono baptizatus, & sacra doctrina instructus, eandem cum suis cœpit communicare. Eunuchum subsecutus est S. MATTHÆVS Apostolus, cui Æthiopiam prouinciam obtigisse, & nouis Euangelij radiis ab eo fuisse illustratam, constanter omnes tradunt.

Æthiopum Apostoli.

Actor. 8.c.

Sed Abassinæ gentis errores hodie plurimi sunt; partim à Iudæis, partim à Græcis, aliisque hæreticis iam olim hausti.

Abassinorum errores.

Nam Purificationis legem & sabbata custodiunt, masculos, & peculiari ritu etiam fœminas circum-

cum-

cumcidunt. Annis item singulis, ipso Epiphaniæ die, baptismi lauacrum renouant.

Ab esu eorum animalium, quę olim Iudæis erant prohibita, abstinent.

Plures simul habent vxores, & eas, cùm lubet, repudiant.

Purgatorium negant.

Aiunt Spiritum sanctum à solo Patre procedere.

Vnam in Christo voluntatem, & vnam duntaxat agnoscunt operationem.

Chalcedonense Concilium reprobant, quòd Dioscorum condemnârit, quem beatum prædicant.

Solos Ethnicos & Mahumetanos credunt æterno igni addicendos.

Hæc ex litteris Antonij Fernandij, Societatis IESV Sacerdotis, quas ex Dambeæ regno,

vrbe

vrbe Gorgorra, anno 1606. & in ſequentibus dedit, aliorúmque Patrum Societatis eiuſdem ſcriptis, fideliter hauſi.

Abuna Abaſſinorum Præſul.

Ceterùm vnicum Abaſſini habent Antiſtitem, qui ſacris præeſt, quíque Monachis & Clericis ordines confert. Prçter hunc nemo alius munera Pontificalia exercet. Is ab incolis ABVNA dicitur, id eſt, Pater, alio nomine MAÇVS appellatur. Eius electio & creatio eſt penes Alexandrinum Patriarcham, non penes Abaſſinos Ieroſolymis commorantes, vt quidam fingunt.

Plerique Monachorum cœtus, ſub S. Antonij nomine in Abaſſia viuunt; ſuam quiſque ad habitandum ſpeluncam magis quàm ædem habet; quæ ſibi opus, quærit per ſe, nulla donandi vel accipiendi lege prohibitus. Non pauci ſolo victitant legumine, & ſum

ſummam in ieiunio putant eſſe ſanctitatem. In plerisque tamen Monachis, vt & Monialibus ſumma viuendi eſt licentia. Monachos à Clericis cucullus, hos à cætero populo diſtinguit crux: quam quiſque ex ligno vel metallo aliquo portat. Sacris initiati Ordinibus vxores habent. Si quis primam amittit, ſuſpenſionis pœna vetatur accipere ſecundam, propter bigamiam. Singuli ad Ordines admiſſi, ſalis petram reddunt conferenti: & laboris pretium eſt, & in iis locis pecunia.

Rem diuinam facientes Sacerdotes (faciunt autem lingua Chaldaica) calicem & patenam ex ære, corporalia verò & purificatoria ex goſſipio habent. Fermentato in ſacris pane vtuntur, eodem confecto die. Ex vuis paſſis, aqua infuſa, ſuccum exprimunt,

munt, qui est loco vini. Sub vtraque specie omnes Eucharistiam sumunt. Ex calice hauritur sanguis cochleari, & communicantibus porrigitur. In festis solennioribus partim manibus plaudunt, partim sistris & tympanis sonitum edunt: quibus tinnitibus nulla ipsis videtur Musica suauior.

Quadragesimalibus feriis, omnibúsque Mercurij & Veneris diebus, toto anno ieiunant, & ferè vsque ad occasum Solis. Tempore tamen inter Resurrectionis Dominicæ Pascha & Pentecosten interiecto, non ieiunant, sed carne vescuntur, & sæpius in die comedunt. Hæc & alia ex Antonij Fernandij suprà laudati litteris fideliter recitat Nicolaus Godignus *lib. 1. de reb. Abassinorum*, Lugduni anno 1615. edito.

De Abassinorum porrò schismatis

matis exordio pauca hæc habe. Certum eſt illam Alexandrinæ Eccleſiæ partem, cum ſuo capite, iam inde à Magni Leonis Pontificis Romani & Martiniani tempore, rectam fidei regulam deſeruiſſe. Enimuerò circa annum Chriſti quadringēteſimum, cùm celebratum eſt Chalcedonenſe Concilium, in quo Eutyches eſt damnatus: Dioſcorus tunc Alexandrinus Patriarcha, cùm Eutychetis dogmata acriter tueretur, in rabiem verſus à Romano ſe capite ſeiunxit, & prouincias ſibi ſubditas, in his Abaſſiam, ſecum in errorem atque interitum traxit.

Subſecutis tamen ſæculis, non defuerunt Abaſſini aliquot Imperatores, qui miſſis Legatis curarunt, vt aliqua ipſis veritatis lux à Romanâ ſede affulgeret. Ad Clementem V. Auenionem in

Gallia,

Gallia, ad Florentinum Concilium sub Eugenio I V. celebratum, ad Clementem V I I. Bononiam in Italia, ad Paulum I I I. Pium V. Gregorium X I I I. Paulum V. alióſque Pontifices Romam ex Æthiopia Abaſſinos veniſſe, ex hiſtoriis certè conſtat.

Hodie Patres aliquot Societatis I E S V in procuranda Abaſſinorum ſalute ac conuerſione ſeriò laborant. Duo autem tenent loca: partim namque in regno Tigri ſunt, ibíque pagum incolunt, cui F R E M E N A nomen, partim Imperatoris caſtra ſequuntur, & oppidum G O R G O R A M communiter inhabitant. De Ioanne Nonio Barreto & Andrea Ouiedo, Æthiopiæ Patriarchis, ex eadem Societate, rebúſque ab iis geſtis conſule Nicolaum Godignum ſuprà à me commemoratum, & Nic. Orlan-

dinum

dinum in Historia Societatis IESV.

Cæterùm prętęr subditos Preteiannis, plurimi vicinorum regnorum populi, Mahumetanis, Ethnicísque mixti, Abassinorum hodieque religionem ac ritus profitentur.

CAPVT VI.

Regnum CONGI.

CONGI regnum, Hesperiorum Æthiopum (MANICONGVM quidam nuncupant) ad extimam Africæ oram situm est, ab ipso propè Æquatore exoriens in meridiem porrectum, & latè in Merditerranea quoque introrsum recedens. Regni Galliæ, à Ioanne Botero & aliis, magnitudine par censetur. *Congum.*

Congianum porrò regnum sub

sub annum Christi 1485. à Lusitanis est detectum: ac subinde missâ à Ioanne II. Portugalliæ Rege perhonorificâ legatione, cum tribus Ordinis S. Dominici Patribus, ad Christi sacra traductum. Rex ipse Congiensis, Baptismi lauacro tinctus, de Regis
I. Lusitani nomine IOANNES, & filius, item ab Lusitani Regis fi-
II. lio ALFONSVS est nuncupatus. Is cùm patri successisset, annis quinquaginta & regnum & Religionem Christianam aduersùs hostes ingenti animo defendit. Filium item suum HENRICVM, cum aliis aliquot proceribus Romam misit, ad debitam Sedi Apostolicę obedientiam præstandam.
III. Alfonso successit filius PETRVS, cuius æuo in S. Thomæ insula (quæ sub ipso Æquatore iacet, & ex qua in Congi regnum facilis est traiectus) collocatus est

Episco

Epiſcopus, qui & Congianis ſimul præeſſet. Itaque in oppido S. Saluatoris paulo pòſt inſtitutum eſt Collegium XXVIII. Canonicorum in S.Crucis baſilica.

Petro in regno ſucceſſit FRANCISCVS, & huic DIDACVS. Quo quidem regnante ac petente, Ioãnes III. Luſitaniæ Rex, aliquot Societatis IESV Patres, ad gentem iſtam in Chriſti doctrina retinendam pleniúſque informandam anno 1548. tranſmiſit. IV. V.

Didacus ſucceſſorem habuit fratrem ſuum HENRICVM, Henricus autem ALVARVM. Huic duo alij ex ordine ALVARI in regni adminiſtratione ſunt ſuffecti. VI. VII. VIII. IX.

Habent autem Societatis IESV Patres domum in inſula LOANDA: qui non ſolùm Congi, ſed & Angolæ regni incolis, Chriſtianę militiæ adſcriptis & adſcribendis, ſedulam dant operam.

CAPVT VII.
De GVINEA, & insula S. THOMÆ.

Guinea. GVINEA Æthiopiæ Occidentalis regio, ab vrbe celeberrima GENNE, ad Zanagam fl. sita, sic dicta, quamquam Zonæ mediæ fermè subiecta flagrantissimo sole torretur, non tamen idcirco (vt falsò prisci putarunt) ab incolis deserta est, quin imò plurimos numerat populos, nigro omnes colore. Ex opposito Guineæ iacet insula & vrbs S. THOMÆ, sub linea æquinoctiali, qui Episcopum habet Olisiponensi in Lusitania Archiepiscopo suffraganeum. Guineam Lusitani suis armis subegerunt, & ad barbaros in officio continendos, multis eam arcibus instruxerunt.

CAP

CAPVT VIII.
De SOCOTORÆ *insulæ statu.*

SOCOTORA insula, ad Orientalem Africæ oram, prope sinus Arabici, vulgò Rubri fauces, sita est; regio in primis æstuans, & dactylorum ferax admodum, ex quibus incolæ panem conficiunt. Hi sese Christianos dicunt, & ad S.Thomam Apostolum, quem præcipua veneratione colunt, originem suam referunt. Ab eo maiores suos olim ea in insula baptizatos gloriantur. Cruces in altaribus collocatas,& pręaependentes lychnos habent. Multas memoriter precationes Chaldæâ linguâ, vt apparet,corruptâ, compositas recitare solent,vocem illam *Alleluia, Alleluia* sæpius iterantes. Reliqui *Socotora*

ipso

ipſorum ritus, partim Saracenorum (qui in ea inſula ferè dominantur) partim Ethnicorum erroribus ac ſuperſtitionibus ſunt inuoluti. In multis ſequuntur opiniones Abaſſinorum, de quibus ſuprà diximus.

Anno ferè 1482. Fartacus Rex Mahometanus inſulam totam ſubegit: ſed à iugo eam Mahometano ſemel atque iterum Luſitani vindicarunt. Hodie Turcis ſubeſt, qui inſulam occuparunt, eo ferè tempore, quo Adenum, *Aden.* nobilè ſinus Arabici emporium, inuaſerunt.

In Socotoræis Chriſtianis iuuandis plurimam olim operam poſuerunt, Antonius Laurerus, monachus Franciſcanus, & B. Franciſcus Xauerius, ex Societate IESV.

POLI



POLITIÆ EC-clesiasticæ,

siue

STATVS RELIGIONIS CHRISTIANÆ PER ORB. NOVVM,

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De ORBIS NOVI *statu in genere.*



NTE Hispanorum in Nouum Orbem aduentum, duo potentissima erant Regna seu Imperia illius *Orbis Nouus.*

Orbis, MEXICANVM & PERVANVM. Apud Mexicanos Rex haut naſcebatur, ſed eligebatur, vt Imperator Romanorum hodie apud Germanos. Apud Peruanos contrà Rex naſcebatur, & iure ſanguinis ſuccedebat; vt apud Hiſpanos, Francos, & alios Europæ populos.

Ceteri porrò Noui Orbis populi nullo Regum imperio continebantur, ſed vt Reſpublicæ ſeu Communitates aut plurium arbitrio regebantur, aut, vt prorſus barbari, nullis legibus aut Superioribus obtemperabant. Prioris generis ſunt hodie ARAVCANI, TVCAPELII, & alij apud CHILENSES, qui tempore belli Ducem ſibi deligunt, cæteroqui ſine Duce aut Præfecto. Tales item fuerunt incolę NOVI REGNI GRANATENSIS, GVATIMALÆ, FLO-

RIDÆ, & LVZONIÆ inſ. in Philippinis. Poſterioris generis ſunt hodie pro magna parte BRASILIENSES & FLORIDI, CHIRIGVANÆ, CVNCHI, ISCAYCINGÆ, PILCOZONES, & in Noua Hiſpania CICHIMECI: qui inſtar ferarum, gregatim vagantur, & venatione victum ſibi quærunt, arcu ac ſagittis inſtructi.

De ſilueſtribus iſtis Indis agit Ioſephus Acoſta, in ſuis libris *De procuranda Indorum ſalute*: quos primùm ad humanitatem ac ciuilitatem honeſta quadam vi compellendos eſſe docet, ac deinde ad Chriſti doctrinam amplectendam.

Ceterùm vt apud Europæos olim Romani Imperij amplitudo, ad Euangelica Chriſti dogmata lógè latéque diſſeminanda, plurimùm contulit; ſic per Mexi-

canum & Peruanum regna Hispanorum armis subacta, paucorum annorum spatio, Christiana Religio facillimè est propagata, & floret hodie quàm maximè.

Orbis Noui seu Indiæ Occidentalis Historiam Naturalem & Moralem accuratè scripsit Iosephus Acosta, ex Societate IESV, qui in ea multis annis vixit.

CAPVT II.

De INDIÆ OCCIDENTALIS, *seu* ORBIS NOVI *inuentione.*

ORBEM hunc verè Nouum, & veteribus prorsus incognitum, CHRISTOPHORVS COLVMBVS Genuensis Ferdinandi Magni Regis Catholici auspiciis, anno 1492. primus detexit. Quâ viâ ac ratione id fa-

ctum, in gratiam curiosi Lectoris paullò fusiùs explicabo.

Fortè contigit, nauem quæ ex Hispanico littore soluerat, in Oceano summa vi tempestatis sic agitari, ac demum adeò procul abripi, vt quàm longissimè inter Occidentem & Meridiem progressa, ventis aduersis ad nouam omnibus tunc ignotam & inaccessam insulam deferretur. Ea deinde, vti præpotenti Deo visum est, tot iniuriis cœli fracta, marísque difficultatibus oppressa, & omnium rerum indiga, MADERAM celebrem insulam, paucis attamen, ex omnibus quos illa vexit saluis, appulit. Inter quos superstites nautæ quidam, inprimis nauis ipse gubernator, fuere. Madera.

Christophorus ergo Columbus, prouinciâ Ligur, vrbe, vt aiunt, Genuensis, qui tum Made-

ram inhabitabat, & nauigandi scientiam probè callebat, has hominum è naufragio reliquias hospitio perquam humaniter excepit, domíque fouit. Interim eorum casus & errores toto mari tam varios, & quæ ad vniuersam eam nauigationem pręcipuè spectabant, diligenter ab iis, & à gubernatore nauis, perscrutatus est. A quo gubernatore situm nouæ incognitæque illius insulæ, additis etiam longitudinis latitudinísque gradibus, & quæ de eius incolis compererat, didicit.

Exactis aliquot pòst diebus, ij nautæ & gubernator, maximè propter morbum quem ab inedia, tum grauissimis aliis incommodis, diuturna longáque illa nauigatione contraxerant, omnes è vita decessêre. Hic gubernator sua illa naui primus omnium Indiam detexit ac reperit,

rit, neque tamen eius nomen ſupereſt inuidiâ fortè ſuppreſſum, neque patria eſt nota.

Columbus igitur, acris ingenij iudiciíque vir, omnia quæ ab illorum ore, tum ſcriptis, & indicibus chartis cognouerat, in primis repertam nouam illam inſulam animo ſecum repetens, ac ſurſum deorſúmque voluens, ſępéque multùm de his multa meditans, eò ſenſim deuenit, vt firmis Geographiæ rationibus, peregrinationúmque & nauigationum experientia inſtructus, perpenſa ſecum vltimæ Hiſpaniæ & extremorum Orientis finium diſtantia, Oceaníque interlabentis vaſtitate, fieri non poſſe putaret, vt vltra centeſimum & ſeptuageſimum longitudinis gradum, nullis prorſus interiectis terris, ſeſe Oceanus porrigeręt. Accedebant Platonis, Ariſtotelis, Se-

necæque, tum aliorum docto-rum virorum relicta ad expendendum Cosmographis argumenta & coniecturæ, quibus alias in hoc Oceano continentes terras, alias item insulas, illi reperiri contendebant. Has autem terras se, si classe & necessariis rebus iuuaretur, detecturum sibi persuaserat atque promittebat.

Quas cogitationes primùm seriò ac supplex Ferdinando Regi non semel exposuit. Postquam fidem non faceret, eas cum Ioanne Lusitaniæ Rege, cui Emanuel successit, fertur communicasse, deinde cum Regibus Angliæ ac Galliæ, cum cæteris denique Principibus viris, quos vel auctoritate, vel potentia præ reliquis valere credebat. Nemini omnium tamen sic persuasisse dicitur, vt opem ipsi aliquis, quam ad eam nauigationem poscebat,

&

& necessariam esse ostendebat, adferre voluerit, quòd rem fortè non caperent. Quare tam alta abstrusaque eius consilia diu iacuere.

Tandem Ferdinandus Rex, confecto decennali bello Granatensi, nouarum rerum laude studiisque excitatus, & Columbi constantiâ prope victus, octauo demum anno perbenignè ea, quæ ad nauigationem illam explorandis iis locis faciendam pertinebant, suppeditauit. Pecuniam LVDOVICVS SANCTANGELVS Regiarum rationum scriba Columbo numerauit. Erat septemdecim tantùm millium Ducatorum, eámque is Regi, propter Granatense bellum exhaustum, mutuam dederat. Sed tantilla pecunia tantum postea ei Regi ex India Occidentali auri argentique tulit, vt summa præ-

ter margaritas & gemmas, quæ innumeræ fuerunt, sexaginta, vt vocant, Milliones feratur excessisse. Itaque Rex Columbum Oceani maris & Indiæ Præfectum creauit, eique decimam in ea partem prouentuum suorum adtribuit.

Hic igitur à Gadibus soluens, in Occidentémque per insulas Fortunatas, quæ vulgò CANARIÆ dicuntur, cursum tenens, in insulam quandam incognitam adpulit, cui nomen GVAYAHANÆ, seu Guanami, haut procul à Cuba. Vltrà dein progressus in alias delatus fuit. Priorem enim hanc nauigationem ter repetens, ignota quæcumque loca potuit, etiam eas, quæ torridæ zonæ subiacent, plagas, non tamen sine magno vitæ periculo, perlustrauit; Cubam, Isabellam, Hispaniolam, Iamaicam, Terram

O firmam

firmam & Pariam inuenit.

Vbi ergo res tentata successisse visa est, PINZONVS, vti scribitur, inter rei maritimæ duces haut infimus, Columbique socius nouas etiam terras quærere & inuentas integrè lustrare cœpit, Petrus item Alfonsus, & alij; Mexicanum regnum Ferdinandus Cortesius, magnis gestis bellis clarus, adiecit. Franciscus Pizarus demum, cui vitæ fuit exitus infelix, Carolo Quinto nouum istud Noui Orbis imperium, Peruanis regionibus aditis, ampliauit.

Sic ferè Ioannes Metellus & alij rerum Indicarum scriptores. Itaque Nouus hic orbis, à Columbo Genuensi anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, sumtu Ferdinandi Castellæ Regis inuentus (nam præter insulas, ipsam quoque conti-

nentem, vbi est PARIA, is primus detexit) falsò à plerisque dicitur America, cùm Americus Vespucius, Florentinus, auspiciis Portugalliæ Regis non ante annum millesimum quadringentesimum nonagesimumseptimum, nauigare cœperit, & Brasiliæ littora anno 1501. demum lustrarit.

CAPVT III.

De BARLOVENTANIS *insulis*, CVBA, HISPANIOLA, PORTV DIVITE, *&* IAMAICA.

QVATVOR istas Orbis Noui insulas, cognomento Barlouentanas, anno millesimo quadringentesimo nonagesimosecundo Christophorus Columbus, Ligur, Ferdinandi & Isabel-

læ, Regum Castellæ, auspiciis detexit ac subegit. In CVBA insula est vrbs S. IACOBI, sedes Episcopi, & HAVANA, emporium ac nauale celeberrimum. Primum Cubæ Episcopum dedit Leo X. Papa, teste Petro Martyre ab Angleria Decadis 2. lib. 8.

In HISPANIOLA insula est DOMINICOPOLIS, siue Vrbs S. DOMINICI, quam dignitate primùm Episcopali Leo X. pòst Archiepiscopali Paulus III. anno 1543. decorauit.

In insula S. Ioannis de PORTV DIVITE est item Ecclesia Cathedralis, à Leone X. instituta, Dominicopolitanæ suffraganeà. *Portus diues.*

In IAMAICA insula illustre est Canonicorum Collegium: qualia plurima sunt per Indiam Occidentalem, in Ecclesiis præsertim Cathedralibus, à Regibus

Catho-

Catholicis fundata.

Capvt IV.

Ecclesiastica & Politica Orbis Novi *gubernatio.*

Orbis Novvs in duas ingentes peninsulas diuiditur, angusto inter se isthmo, ad Panamam & nomen Dei, cohærentes: quarum altera ad Septemtrionem, altera ad Austrum longissimo tractu porrigitur.

In parte Septemtrionali est regnum Mexicanvm, in Australi verò Pervanvm. Itaque duos in Orbe Nouo Proreges constituere solet Rex Catholicus, quorum vnus Mexici in Noua Hispania, alter Limæ in regno Peruano aulam sedémque habet.

In Noua Hispania seu regno Mexi

Mexicano, quinque sunt Tribunalia (Audientias Regales vulgò nuncupant) ad ius dicendum tam Hispanis quàm indigenis: videlicet MEXICANVM, DOMINICOPOLITANVM, GVATIMALENSE, GVADALAXARENSE & PANAMANVM.

In tractu Peruano sunt totidem, videlicet LIMENSE, IMPERIALE in ditione Chilensi, PLATENSE, QVITENSE, & S. FIDEI BOGOTANVM in Nouo regno Granatensi.

Ad politiam Ecclesiasticam quod attinet, sunt in orbe Nouo quinque Archiepiscopatus, videlicet Mexicanus, Dominicopolitanus, Limensis, Platensis, & S. Fidei, in Nouo regno Granatensi.

MEXI

Mexicanus Archiepisc.

MEXICANO *Archiepiscopo sunt hi suffraganei,*

Tlaxcalensis prouinciæ Episcopus, in vrbe Angelopolitana residens. *Tlaxcala, Puebla de los Angeles.*

Mechuanus, in vrbe Vallisoletana residens. *Mechoacan, Valladolid.*

Guaxacanus, in vrbe Antiquera residens. *Guaxaca. Antequera.*

Guadalaxarensis, in Prouincia Nouæ Galiciæ, huc translatus ex Xalisco seu Compostella oppido, anno 1560. *Guadalaxara.*

Guatimalensis, in vrbe S. Iacobi Equestris. *Guatimala. Santyago de los Caualleros.*

Iucatanus, in vrbe Merida residens. *Iucatan, Merida.*

Chiappensis, per Paulum III. institutus anno 1547. *Chiappa.*

Hon

Hondurenſis, in vrbe Truxillenſi reſidens. *Honduras, Truxillo.*

Veræ Pacis. *Vera Paz.*

Nicaraguenſis, in vrbe Legionenſi reſidens, anno 1547. inſtitutus. *Nicaragua, Leon.*

Archiepiſcopatum porrò Mexicanum, vt & Dominicopolitanum ac Limenſem anno 1547. Paulus III. Papa inſtituit, petente Carolo V. Imp.

Vrbis S. DOMINICI *Archiepiſc. in Hiſpaniola inſula, hi ſubſunt Epiſcopi,* **Dominicopolitanus.**

Inſulæ S. Ioannis de Portu diuite Epiſcopus, per Leonem X. inſtitutus. *S. Iuan de puerto Rico.*

Cubæ inſulæ Epiſcopus, per eundem inſtitutus, in vrbe S. Iacobi reſidens, qui & Hauanæ oppido præeſt. *Santiago de Cuba.*

Venezolanæ prouinciæ Epiſcopus,

pus, in vrbe Coro resìdens, nisi fallor. *Venezuela, Coro.*

His additur à quibusdam Episcopus Margaritæ, seu S. Iacobi *de las Caracas*: quem alij referunt ad prouinciam S. Fidei Bogotanæ.

Ad Prouinciam Dominicopolitanam spectat quoque Abbatia Iamaicana, quæ est illustre Canonicorum Collegium, in Iamaica insula resìdens.

Limensis. LIMENSI *seu ciuitatis Regum Archiepiscopo hi suffragantur Episcopi,*

Cuscensis, per Paulum III. anno 1547. institutus. *Cuzco.*

Arequipensis, per Paulum V. *Arequipa.*

Trugillensis seu Truxillensis, per eundem. *Truxillo.* Est alius à Truxillensi Episcopo, in pro-

uincia

uincia Hondurenſi.

Guamanganus, per eundem. *Guamanga.*

Quitenſis, per Paulum III. *Quito.*

Hactenus de Archiepiſcopatibus per Paulum III. Papam inſtitutis: reſtant duo, per Paulum V. inſtituti, videlicet Platenſis & S. Fidei de Bogota.

PLATENSIS *quidem Archiepiſcopus in prouincia Charquenſi reſidet, & inter cetera oppida præeſt Potoſino, longè ampliſſimo ac ditiſſimo: ſúntque Epiſcopi ſuffragantes iſti,* *Platenſis.*

Barancanus: *Baranca, en la prouincia de Santa Cruz de la Sierra.*

Pacenſis, per Paulum V. *Ciudad de la Paz, en la prouincia de Chuquiago.*

Tucu

Tucumanus, in vrbe sancti Iacobi Esterensis residens. *Santiago del Estero, en la prouincia de Tucuman.*

Boni Aeris. *Buenos Ayres de Rio de la plata.*

Panamanus. *Panama*, vrbs in isthmo sita, ex opposito Nominis Dei.

Chilensis Prouinciæ Episcopus, in Vrbe S. Iacobi residens, per Paulum V. *Santiago de Chilo.*

Imperialis vrbis Episcopus in Prouincia Chilensi. *La Imperial.*

Assumtionis vrbis Episcopus in Prouincia Platensi. *Nuestra Sennora de la Asumpcion.*

Parugaianus. *Parguay.*

Vrbs

Vrbs S. FIDEI *de Bogota in Prouincia Noui regni Granatensis sita, habet Archiepiscopatum, per Paulum V. institutum: cui subsunt isti Antistites,* S. Fidei.

Popaianensis, per Paulum III. anno 1547. *Popayan.*

Carthaginiensis, in vrbe & portu celeberrimo Carthaginiensi: ***Carthagena.***

Vrbis S. Marthæ Episcopus, per Paulum V. institutus. ***S. Martha.***

His adiungitur à quibusdam Margaritæ Episcopus. De Maniliensi Archiepiscopo in Philippinis insulis; suprà diximus.

CAP

CAPVT V.

De Regno MEXICANO, *seu* NOVA HISPANIA.

Regnum Mexicanum. MEXICANVM regnum olim, vt dixi, electiuum fuit: cuius quidem postremus Rex MOTEZVMA, subactus fuit à Ferdinando Cortesio; adiutantibus Tlascalæ prouinciæ populis, qui capitalia cum Mexicanis odia exercebant. Quo factum, vt hodieque Tlascalenses ab omnibus vectigalibus sint liberi.

Sic apud Peruanos, post mortem Regis GVAINAGAPÆ, cùm filij eiusdem ATAGVALPA & GASCAR bello inter se de regno contenderent, & vterque Hispanos sibi amicos reddere conaretur, facili negotio Franciscus Pizarrus totum regnum occupauit.

MEXI

MEXICVM porrò, olim *Tenoxtitlan* ab incolis vocatum, Venetiarum instar, medios inter lacus situm, Nouæ Hispaniæ metropolis est, Proregis & Archiepiscopi sedes ordinaria. *Mexicum.*

CAPVT VI.

De PERVANO *Regno.*

PERVVIA, regio Orbis Noui cultissima, & auri fodinis censetur ditissima, à Francisco Pizarro anno 1525. detecta: cuius metropolis est LIMA vrbs Archiepiscopalis, ab eodem Pizarro anno 1535. condita. *Peruuia.*

Situm habet Peruana ditio ad mare Pacificum, ad quod, auspiciis Emanuelis Lusitaniæ Regis, anno 1520. FERDINANDVS Magellanes Lusitanus ex Oceano, per fretum à se dictum Magella

Fretum Magellanicum. gellanicum, ingenti ausu, primus penetrauit. Idem postea fretum Franciscus Dracus, & Thomas Candischius, Angli, Oliuarius Nortius & Georgius Spilbergius, Belgæ, transnauigarunt: sed magno omnes cum periculo, & non nisi duorum, trium, aut etiam plurium mensium spatio impenso.

Fretum Lemairianum. Anno 1616. fretum nouum, octo circiter milliaribus latum, quod tribus supra Magellanicum gradibus, nimirum quinquagesimo sexto gradu situm est, naues duæ Batauæ, ab Isaaco Lemairio, aliisque mercatoribus Societatis Australis, instructæ detexerunt, & facillima vnius atque alterius diei nauigatione transmiserunt; ductore Guilielmo Schouteno, patriâ Hornano.

CAP

CAPVT VII.

De nouo Regno GRANATENSI.

HVIVS regni metropolis est *Granat. regn.*
vrbs S. FIDEI DE BOGOTA nuncupata, ad discrimen alterius oppidi, in Prouincia Paraquauiæ siti, quod simpliciter S. FIDEI dicitur, & habet insigne Collegium Societatis IESV.

Bogotana S. Fidei ciuitas habet Archiepiscopum, cui Popaianensis, Carthaginiensis, & Marthensis Episcopi suffragantur. In eadem vrbe sedem habet Tribunal Regium illius Prouinciæ, itémque Collegium Societatis IESV, cum Seminario S. Bartholomæi.

CAPVT VIII.
De CHILENSI *Prouincia.*

Chilens. Prouin. EST ea sita ad mare Pacificum haut procul à freto Magellanico, cuius caput censetur vrbs IMPERIALIS, Tribunalis Regij Sedes. In qua vrbe Paulus V. Papa Episcopum quoque constituit, vt & in vrbe S. Iacobi, eiusdem Prouinciæ.

CAPVT IX.
Orbis Noui GYMNASIA, *&* FAMILIÆ RELIGIOSÆ.

IN Orbe Nouo duæ sunt Academię seu vniuersitates, in quibus disciplinæ omnes & sublimiores à Professoribus Regiis, more

more Europæorum publicè explicantur, nimirum MEXICANA & LIMENSIS.

Habent item Patres Societatis IESV sua passim gymnasia, in quibus iuuentutem optimis & litteris & moribus imbuunt.

Sunt autem in Orbe Nouo sex diuersæ Religiosorum hominum familiæ seu congregationes, Euangelicæ prædicationi operam seriò nauantes: videlicet Dominicani, Franciscani, Augustiniani, Mercenarij Patres Societatis IESV, & Carmelitæ Discalceati. Singulis sua sunt monasteria, conuentus ac prouinciæ.

Præter Religiosorum istorum hominum cœtus, sunt quamplurimi per Indiam Occidentalem clerici ac sacerdotes, vt vocant, sæculares; plurima item Canonicorum Collegia, vt in Europa,

Decani, Archidiaconi, Primicerij & aliorum Ordinum dignitatibus condecorata; quæ Reges Catholici fundarunt ac dotarunt.

CAPVT X.

COLLEGIA *Soc.* IESV *in* INDIA OCCID. *seu* ORB. NOVO.

QVÆ sit Christianæ Religionis per Orbem Nouum amplitudo, ex Catalogo Collegiorum Societatis IESV subiuncto facilè quiuis intelliget.

In India Occidentali Prouinciæ sunt quatuor.

Prouincia PERVANA.

Li-
mę { Colleg. Limense.
Domus Probat.
Seminarium Limense.
Resid. S. Iacobi. } *Li-
ma.*

Colleg.

Colleg.Cuzchense. *Cuzco.*
Colleg.Potosinum. *Potosi.*
Colleg.Platense, seu Chuquisaquense. *De la plata.*
Colleg.Pacense. *De la páz.*
Colleg.Guamanganũ. *Guamanga.*
Colleg.Quitense. *Quito.*
Residentia Iulensis. *Iuli.*
Residentia sanctæ Crucis de la Sierra. *S.Cruz de la Sierra.*
Residentia Orruri. *Orruro.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 370.)

Prouincia PARAQVAVIÆ.

Colleg.Chilense. *Chile.*
Colleg.Assumpt. *De la Assumption.*
Colleg.Cordubense. *Cordoua.*
Colleg.S.Michaëlis Tucumanensis. *De S. Miguel de Tucuman.*
Colleg.Conceptionis. *De la Concepcion.*
Colleg.Mendozanum. *Mendoça.*
Colleg.sanctæ Fidei. *De santa Fee.*

Residen. Boni aëris. *Buenos Ayres.*
Residentia S. Iacobi del Estero. *Sant Yago del Estero.*
(Sunt in hac Prouin. Socij 116.)

Prouincia noui Regni GRANATENSIS.

In S. Fide { Colleg. S. Fidei. / Sem. S. Bartholomęi. } *Sāta Fee.*
Colleg. Carthaginense. *Cartagena.*
Residentia Panamana. *Panamà.*
Domus Probat. Tungensis. *Tunia.*
Residentia Caxicana. *Caxica.*
(Sunt in hac Prouin. Socij 100.)

Prouincia MEXICANA.

Mexici { Domus Professa. / Colleg. Mexicanum. } *Mexico.*
Colleg. Guaxacanum. *Guaxaca.*
Colleg. Guadalaxarense. *Guadalaxara.*
Colleg. Angelop. *Puebla de los Angeles.*
Colleg. Vallisoletanū. *Valladolid.*

Colleg.

Colleg. Pasquarense. *Pazquaro.*
Colleg. Tepozotlanũ. *Tepozotlan.*
Colleg. Guatimalense. *Guatimala.*
Colleg. Zacatequanũ. *Zacatecas.*
Colleg. Meridanum. *Merida.*
Resi-dentia { Veræ Crucis. *Vera Cruz.* Cinaloensis. *Cinaloa.* Guadianæ. *Guadiana.* }
(Sunt in hac Prouin. Socij 340.)

CAPVT XI.

BRASILIÆ *cond. & status.*

BRASILIA pars Orbis Noui, à duobus ab Æquatore gradibus, ad quinque & quadraginta gradus in Austrũ excurrit. Repio amœna est, cœlo admodum iucundo ac salubri: scatet vbique fontibus & fluuiis, saccari in primis ferax, & omnis generis animantium, Pro pane satiuis radicibus, quas MANDIOCAM appellant, in farinam redactis *Brasilia.*

vtuntur. Ex iiſdem vel ex milio, aut variis pomorum generibus, vinum conficiunt. Vites tamen alicubi triticúmque inuectum feliciter videas adſurgere.

Gens ipſa nullos colit Deos, ominibus tantùm & auguriis ad inſaniam dedita. Nudi æquè viri ac fœminæ prorſus incedunt, niſi quòd frigidiore cœlo bombicinis fœminæ veſtibus vtantur. Inſertos habent iam inde à prima ætate, deliciarum cauſa, inferiore dumtaxat labro, nonnunquam etiam facie tota, prælongos nullius ferè pretij lapillos, turpi ſanè ſpectaculo. Sparſis domiciliis, ac pagatim ferè habitant, nullo Magiſtratu ac legibus conſtricti. Gregatim peregrinantur, ordine ſimplici, vxore virum antè eunte. Connubia apud ſingulos plura, nec amore aut beneuolentia diuturniora, quibus in odium verſis,

aut

aut coniugij satietate restinctis, ipsa quoque matrimonij vincula relaxantur. In retibus à terra suspensis ipsi cubant, ad noxia animalia vitanda. Numerandi rationes ac litteras prorsus ignorant. Si quos in bello capiunt, multa cura saginant, ac demum mactant & edunt. Quæ quidem optatissimæ Brasiliensib. epulę esse solent.

Anno 1549. Ioannes Lusitanię Rex, opera Thomæ Sosæ Prætoris, vrbem nouam, cui postea S. SALVATORIS nomen est inditum, in Brasilia condi iussit. Sita est ea ad BAYAM, quam vocant OMNIVM SANCTORVM. Ceterùm Baya, tametsi Hispanis idem est quod sinus maris, & ora ad illum maritima: obtinuit tamen vsus in Brasilia, vt hoc nomine ob eius Bayæ nobilitatem sinus & ager, in quo sita est noua ista vrbs S. Saluatoris, &
 vrbs

vrbs interdum ipsa significetur.

Anno 1552. primus Brasiliensibus datus est Episcopus PETRVS FERDINANDVS, qui vrbis S. Saluatoris propriè Antistes, reliquæ autem Brasiliensis Prouinciæ Commissarius generalis (vt & successores) deinceps est cognominatus. Is Metropolitanum suum agnoscit Archiepisc. in Lusitania Olisiponensem.

Societatis IESV Patres anno 1545. in Brasiliam primùm penetrarunt, & habent hodie Collegium insigne in vrbe S. Saluatoris, siue Baya omnium Sanctorum; alterum Pernambuci, & tertium in oppido, quod flumen Ianuarij dicitur: præter Residentias (vt vocant) aliásque domos insuper sexdecim. Sic vt ducenti circiter Socij, in procuranda Brasiliensium salute, magno cum fructu hodie laborent.

CAPVT XII.

COLLEGIA *Soc.* IESV *in* BRASILIA.

QVONIAM aliorum Ordinum Religiosorum cœnobia mihi sunt ignota, ad ostendendum Religionis nostræ apud Brasilienses statum, Collegia ac Residentias Societatis IESV in ea Prouincia subnectam.

In BRASILIA *Prouincia vna.*

Bayæ	Colleg. Bayense.	*Baya.*
	Resident. S. Spiritus.	
	Resident. S. Ioannis.	
	Resident. Antonij.	
	Resident. B. Virginis.	
	Domus Ilhæorum.	
Pernambuci.	Colleg. Pernambuc.	*Pernambuco.*
	Resident. B. Virg. com.	
	Resident. S. Andreæ.	
	Resident. S. Mich.	
	Resident. S. Ioan. Bapt.	
	Resident. Maranha.	

Fluminis Ian. { Colleg. Flum. Ianuarij. / Resident. S. Barnabæ. / Domus Spiritus sanct. / Resident. S. Ignatij. / Resident. B. Virg. Assum. } *Rio de Ianeiro.*

Domus Piratiningæ. *Piratininga.*


Domus Sanctorum. *Dos Santos.*

(Sunt in hac Prouincia Socij 180.)

De Brasilia Petrum Maffeium & alios rerum Indicarum scriptores consulat, plura qui volet. Mihi breuitatis studioso suffecerit, statum Religionis nostræ in hac prouincia, vt & in aliis suprà, fideliter indicasse.

FINIS.

IN-





INDEX RERUM, URBIUM ET LOCORUM.

A.

Ægyptus

Alife.

Arabica

Atafra.

Barbastro.

Bobi.

RERVM.

buenes

Castres

Chester.

Clermon

Corcke.

Q *Dania*

Eliey.

G.

Gallia.

H.

Chester.

Corcke.

Q *Dania*

Gallia.

Her

Lanciano.

Madera

Mexi

Nantes

Norvvi.k

O.

Ordines

Parenzo.

Pistoia.

Q.

R.

Salle.

Lanciano.

Madera

Nantes

Parenzo.

Pistoia.

Quin

Q.

R.

Sarno,

S. Seuero,

Indicis Rerum finis.

Ex Typographeio

IOANNIS ANARD.





